Okt. 14. Gotskalcus Hemmingsß¹. Noverint universi, me nobili viro et honesto[!] omnia bona mea in Høby in Odz H., videl. 2¹/₂ bool terrarum (2¹/₂ lesta annone), et 2 curias in Guthmundorp in eadem provincia (11 sol. annone), ratione dotis cum filia mea Cristina, quam ipsi Erico in uxorem desponsavi, dedisse. Si Erico bona propter defectum appropriationis mee evincantur, obligo me ad refundendum Erico bona in eadem provincia, valentia in redditibus 3 lesta annone. Ego Hennichinus Gotskalci² sigilli mei appensione obligo me ad observandum omnia premissa una cum patre meo Gotskaleo Hemmingsß. Sig. meum cum sig. virr. discr. Henrici Soldeer³ et Gyncelini Gyncekesß de Falkedalæ. Insuper do eidem Erico cum conditionibus prescriptis 1 curiam in Brændholt in predicta provincia. Datum die Calixti.

Perg. med [4] Segl: 1. se 2756, 1; 2. Samme Skjold; 3. A. 766.
(RA. Merløse H. 22.) LDipl. [3190]

Okt. 31. Reg. 2716*. [Orig. København Kapitels Arkiv.] Afskr.: Resens Atlas I, 212. *Pontoppidan, Ann. II, 218* (= *Kbhvns. Dipl. I, 118*). [3191]

Nov. 7. Marquardus Conradi¹, Lydekinus Bagæ², Johannes Græueroot³, Henricus Goodogh⁴, Jacobus Clood⁵, Mathias Stighß, Johannes Hermanni⁷, Petrus Støød et Nicholaus Petri⁹, cives Ripenses. Notum facimus, quod in placito nostro civili sabb. ante f. Martini

Ericus Jenss concivis noster viro discr. Cristierno Frellefs tertiam partem in curia a parte occidentali ecclesie b. Marie virg. ex adverso situata, in qua Hermannus Minnæ condam habitavit, tam in domibus quam in terris scotavit. Etiam Goscalcus Rothe noster concivis eidem Cristierno omnem partem, que sibi et Heynoni Bothe in eadem curia post decessum Henrici Anderss spectaret, in eodem placito scotavit. Datum *etc.* nostris sub sigillis.

Perg. med [9] Segl: 1, 4, 6-7, 9. Bomærker (1. i Skjold); 5. se 3019, 9 (jfr. 3097). (RA. Ribe Købstad 15.) LDipl. — Jfr. 2853. [3192

Nov. 15. Vffo Oleffs de Liungby. Notum cupio fieri, quod cum frater meus Trugillus Olavi sepulturam suam in Lundensi ecclesia elegit ibique prope fontem ad aquilonem sepultus est, aniversarium suum de gratia Dn. archiepiscopi et sui capituli instituo, pro quo aniversario tam in summo choro quam inferius cum missis animarum celebrando curiam meam in Lyungsyø (Laurencius Sutor) dicto capitulo trado et condono ipsique capitulo coram Dn. Nicolao Lundensi archiepiscopo scoto, hoc proviso, quod pensio curie quolibet die aniversarii sui inter canonicos, vicarios, pauperes, pulsantes in turri et pro missis inferius in ecclesia secundum moderationem capituli et temporis qualitatem dividatur. Sig. meum cum sig. Dn. Nicolai archiepiscopi Lundensis.

Et nos Nicolaus archiepiscopus protestamur, omnia premissa coram nobis in iudicio facta esse. Sig. nostrum. Datum Aosis dnica. infra oct. Martini.

[Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 76. LDipl. [3193

Dag? *Reg. *3002.* [Orig. Lunde Ærkebisp Arkiv.] Dansk Udtog: *Hvitfeld IV, 22, Fol. 564.* [3194

— Overdragelse af Gods til Nonner.

[Orig. Dalum Kl. Arkiv.] Udtog af Hamsfort: *SRD. I, 313.* [3195

Brevbøger: Æbelholt: *SRD. VI, 172* (Marts 1), *172* (Aug. 24).

Registraturer: Kongen: *ÆA. I, 44, 54*; se ogsaa 3178 (*IV, 11*, se 2123). — Roskilde Bisp: *ÆA. III, 315, 316, 321, 336, 343, 343, 348, 351, 354, 361, 362, 372*. — Antvorskov: *ÆA. IV, 85, 235, 235, 235, 235, 257*; se ogsaa 3164. — Næstved Peders Kl.: *SRD. IV, 353, 353, 354, 354, 391, 392, 392, 392, 394*. — Roskilde Agnete Kl.: se 3145-46. — Sorø: *SRD. IV, 522*. — Maribo: *ÆA. III, 302*. — Vestervig: *ÆA. III, 157*. — Øm: *ÆA. I, 234*. — (Skanderborgske Registr.): *ÆA. I, 272*. — *Eline Gøyes Jordebog 304* (Marts 8^a), *173* (Dec. 9).

a) Datum maa gælde ikke Hovedbrevet (d), men Vidissen (Linje 4).

1378.

Jan. 16. Bundo Taghes¹ A. Noverint universi, me Dn. Walde-
maro condam regi litteras apertas cujusdam Andree Lawæs¹ patri

meo super 140 mr. argenti datas, in quibus patri meo tenebatur obligatus, in placito Løwæ H. Syelandie resignasse; unde recognosco michi a dicto Dn. Waldemaro pro predictis 140 mr. esse satisfactum. Sig. meum cum sig. nobilium virr. Dn. Jacobi Olau² de Høgsthorp M. et Johannis Nafnes³. Datum die Marcelli.

Perg. med 3 Segl: 1. A. 767 (Hvitfeld); 2. A. 763 (Lilje-Lunge); 3. A. 554 (Bild). Kongens Arkiv (Gem. Arch. XXXII, Gældsbreve Fasc. 1 b). LDipl. [3196]

Jan. 20. *Reg. 2717.* Perg. [med 4 Segl: 1, 4. Bomærker: LDipl.]. Roskilde Agnete Kl. Arkiv; *ÆA. IV, 277* (AM. Suppl. I, 28). *Suhm, XIV, 511.* [3197]

Jan. 21. »Nicolai Veyzæs villani Malmogiensis åth Nilsz Hemmingson gifne skiöte- eller säljobreef på een gård liggjandes i Malmöe undantagandes dhe wästre boderna, der tilliggia, dat. die Agnetis«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 75. — Jfr. 3168 og 1384 Okt. 28. [3198]

Febr. 2. Petrus Albertsun M. Recognosco, me viro discr. Dn. Johanni Anderssun de Æsændrup M. in 500 mr. lubic., scil. sterlingis, turonensibus et lubicensibus [osv. som 3139^a]. Insuper Dn. Johanni Anderssun in placito ante f. pasce super placitum Halle H. in Abisusæl intimabo, quum bona in placito ante f. Michaelis in Æsændrup vel aliis locis sibi redimere cupio. Sig. meum cum sig. virr. discr. Olau¹ Arusiensis episcopi, Andree Offesun M., Kristerni Kaas M., Timmonis Leembeke, Johannis Lawisun, Nicolai Iwarsun et Johannis Offesun, AA. Datum die purific. Marie.

[Perg. med 8 Segl. Gammel-Estrups Arkiv.] Afskr. af Plesner 1848: LDipl. under 1377²/₂. [3199]

a) I det hele dog meget afvigende i Ordlyd.

— Tuuo Galen¹ M. prefectus Scanie. Recognosco, me Dn. Olauo Byorns¹ M. in 34 mr. argenti esse obligatum, sibi infra diem Michaelis affuturum in prompta alba pecunia argentea persolvendis, pro quibus ipsi bona mea in Syælandia, que de Laurencio Jacobs¹ emptionis titulo habui, videl. in Thyuthæbyarghs H. in Næsby 1 curiam, in qua Thomas Skytta quondam residebat, cum 3 inquilinis et 1 fundo desolato, in Borhusa H. in par. Egespyre in Størbete 3 curias (Jacobus Pauls¹, Paulus Jøns¹ et Nicholaus Pæthers¹), in Skoghuus 2 curias (Nicholaus Stolzswen et Gumme Bo¹), in Æskebyærgh 2 curias (Magnus Jøns¹ et Clemens Thrugots¹) et in Tholstorp 4 curias (Hermannus Bo¹, Johannes Hæmmings¹, Henechinus Jacobs¹ et Nicholaus Laurens¹) inpingnero ratione tali, quod colonos et inquilinos in ipsis instituat et redditus sublevet tam in anno, quo bona redimero, quam annis precedentibus. Si bona sibi causa appropriationis mee evicta

fuertint, astringo me ipsi 34 mr. persolvere infra prox. quartale unius anni aut alia bona ipsis equivalentia inpignerare. Sig. meum cum sig. virr. nobil. DDn. Petri Grubbæ, Jacobi Olasß et Fikkonis Molteka de Kyusa, MM. Datum in die purific. Marie.

Perg. [med 4 Segl: 1. A. 567]. (RA. Baarse H. 14.) LDipl. —
— Jfr. 1392 Juni 24. [3200]

Febr. 14. Boecius Karse A. Noverint universi, me a Dn. sorore Katerina totoque conventu monasterii b. Agnetis Roskildis omnia bona sua in Sneesør in Bars H. me et liberos meos post me pro nostris usibus libere ordinanda condixisse cum conditionibus, quod die Nicolai sibi 3 mr. argenti ratione annualis pensionis infra claustrum suum solvere sim astrictus vel ipsi liberi sint astricti. Si termino prefato in solvendo def[ecer]o vel] defecerint suo non procedente consensu, bona sua repetendi libera sibi sit facultas dimittende, nisi bona vel per incendium vel per hostiles incu[rsiones] ur, tunc magis in omnibus sibi de jure debitis nobis ad gratiam inclinentur bonaque valeam vel ipsi valeant, meliorem vel ipsi meliorent; nobis vero de medio sublatis lia et edificiis suis libere sibi cedere debeant. Si [m]e contingat discedere et uxorem habere superstitem, ipsa, quam diu in viduitate [m]anserit, bona pro simili pensione habeat servatis conditionibus suprascriptis. Sig. meum cum sig. Thuconis Ympe. Datum dnica. septuagesima.

Perg. [med 2 Segl]. Roskilde Agnete Kl. Arkiv (RA. Baarse H. 75).
LDipl. [3201]

Febr. 16. Laurencius Waldemari. Recognoſco, me viro honesto Dn. Tuuoni canonico Ripensi et preposito in Warwithsysl in 6 mr. denar. lubicensium esse obligatum, pro quibus sibi bona mea in Høthe in Gøring H. in par. Gøringh (Mathias Craak) inpignero. Quocumque anno in f. pasche bona redimere voluero, sibi in precedenti f. Michaelis intimabo. Quidquid in bonis melioraverit, secundum hoc stabimus arbitrio 4 virorum discretorum ex utraque parte eligendorum. Sig. meum. Datum fer. 3. post f. Valentini.

Perg. [med 1 Segl]. Senere (1387, jfr. *SRD. V, 550*) til Ribe Kapitels Arkiv (RA.). [3202]

Febr. 22. Otto Bundeß dictus Snafs¹ A. Noverint universi, quod in recompensam curie Kiergarth, que altari b. Marie virg. in ecclesia Emberløf prius attinebat, quam cum aliquibus attinentiis suis, prout in litteris super hoc confectis continetur, a Dn. Johanne episcopo et capitulo suo Ripensi habui, curiam meam ad australem partem ab ecclesia Emberløf sitam cum aliquibus pertinentiis suis, videl. in fundo orientali terris 1 ore, in fundo occidentali terris 3 orarum, in Synd-

ringhtauel terris 4 sol. cum 4 modiis et in Østringhtauel terris 8 sol. preter 4 modios, quam curiam post mortem patris mei Bundonis Snafs dicti jure hereditario acquisivi, ad dictum altare dono et scoto, hoc adjecto, quod de edificiis, que in vel juxta curiam Kiergarth intendam erigere vel erigam, alicui sub tuitione ecclesiastica constituto injuria vel dampnum minime irrogetur, nisi per aliquem officialium episcopi Ripensis in tantum fuerim injuriose infestatus, quod ex necessitate defendam me, quod tamen non fiat, antequam episcopo et capitulo a me certificabitur publicam per querelam. Sig. meum cum sig. virr. discr. Dn. Erics Niclæsß M., Olai Iwarß dicti Steen³ et Laurencii Jensß⁴, AA. Datum in die cathedre Petri.

Perg. med [4] Segl: 1. A. 770; 3. A. 768 (Skram); 4. A. 769 (Viffert). Ribe Kapitels Arkiv (RA.). [3203]

Febr. 22. Cupimus fore notum, quod nos consules Edyngy communitas . . . [terrarium] in Frysia, scil. Eyderstede, Euerkeschip, Heuer et Vtholme, cum discr. viris ecclesiarum in Thyunnyghen, Fulrewik, K necnon nghe omnibus fidedignis communi cum voluntate mus, quod cens[us s.] Petri, quem Dn. nostro episcopo Sleswicensis dyocesis in die Martini dare consuevimus annuatim, quem censum predicto Dn. [episcopo] in die Phylippi et Jacobi proxime venturo de anno preterito dabimus et Dn. nostro episcopo censum s. Petri in die Johannis bapt. in hiis exsoluendo annuatim. Arbitramur etiam sponte libere, quod in parrochiis, ubi cens[us] s. Petri termino et ut premit[titur], in duplo solutus non fuerit, ibi debet esse ecclesiasticum p esse Sig. nostrarum trium [terrarium]. Da[tum] in die Petri ad kathedram.

Perg. [med 3 Segl]. Slesvig Bisps Arkiv (RA. Reg. 86 A, 3 c). LDipl. [3204]

Febr. 25. *Reg. 2718.* Perg. med Retterthingsseglet og Kancellipaaskrift. Roskilde Agnete Kl. Arkiv; *ÆA. IV, 277* (AM. Suppl. I, 27). *Suhm XIV, 512.* [3205]

Marts 3. Johannes Thruelsß¹ rector placiti generalis Syellendie, Jacobus Skaunæ², Johannes Gyrstyng, Nicolaus Andersß advocatus Thythæbyergz H., Johannes Nyelsß senior, Benedictus Jacobi et Jacobus Smeth, villani Ryngstadienses. Noveritis, quod die cinerum quadragesima in placito generali Nicolaus Jensß de Grandløse Thorstano dicto Karl ex parte Erics Pyleman 2 curias in Algestorp in Myærløse H., unam illarum habentem in censu 13 sol. terrarum, sitam in ipsa villa ad occidentem, et aliam habentem 5½ sol. terrarum in censu ad orientem ibid. situatam, scotavit, recognoscens se plenum pretium sublevasse; si ob defectum sue appropriationis bona ab ipso Pyleman

extorta fuerint, sibi 12 mr. argenti in sterlingis et lubycensibus ad restituendum infra mensem se astringit. Sig. nostra. Datum *etc.*

Perg. med [7] Segl: 1. A. 749; [2. A. 752^a]; 4. Bomærke. (RA. Merløse H. 163.) LDipl. [3206]

a) Klevenfelds Seglsamling.

Marts 12. *Reg. *3006 = 2726.* [Perg. med 1 Segl. Slesvigs Hertugs Arkiv.] Afskr., verificeret af Notaren Ludwig Wippermann 1619^{16/9}: Statsark. i Slesv. Afskr. fra 18. Aarh. i Hdskr.: Gem. Arch. XVII, 1 c, S. 244. *Stemann III, 22* (med urigtigt Citat: Gem. Arch. V, 4). [3207]

Marts 13. Ik Johannes Haghedorn¹, en kerchere tho Mylstede, bekenne, dat greue Hinrik unde greue Clawes weren my schuldich 200 mark lubescher pennynge; de hebben se my betalet; hir umme late ik se der 200 mark unde aller hure scaden, de my dar up weren bebreued, quyt unde bekenne, dat de bref, den se my dar uppe ghegheuen hadden, nene macht mer hebben schal. Desse betalinghe is wytlich deme byschop Johanne² van Sleswik unde Hartwich Porsfelde³ deme knapen unde Nicolaus Lisouwen, de ere yngheseghel myt myneme yngheseghel hebbet ghehenghet vor dessen bref. Ghescreuen des sunnauesen in der quaterempere tho deme irsten an der vasten.

Perg. med [4] Segl: 1. Voksende Træ; 2. G. 971; 3. Skjold med Møllehjul. Slesvigs Hertugs Arkiv (Gem. Arch. XXXII, Gældsbreve Fasc. 1 b). [3208]

Marts 26. *Reg. 2719*.* Perg. med 2 Segl: 1. G. 970; 2. G. 982. Senere i Slesvig Johannes Kl. Arkiv. *Westph. III, 371.* [3209]

Apr. 3. Frater Swederus abbas¹ totusque conventus in Esrom². Constare volumus, nos a strennuo viro Dn. Olauo Byørnsß M., exequatore testamenti Dn. Waldemari regis, 50 mr. argenti in moneta alba, videl. sterlingis 4 lybicensium, percepisse in usus monasterii convertendas. Quocirca obligamus nos ad celebrandam omni die unam missam in altari beatorum confessorum in parte meridionali ecclesie nostre in remedium animarum regis memorati et suorum progenitorum. Et ut fratres nostri conventus eo alacrius predictas missas persolvent, 1 mr. annone de grangia nostra Sandæ mense eorum annuatim annectendam confirmamus, proviso quod si predicta grangia contigerit devastari, 1 mr. annone de nostris certis redditibus quolibet anno mense fratrum apponendam fore decernimus, adjecto quod anniversarium regis annuatim die Seuerini celebremus, abbas vero de abbatia sua eodem die fratres 3 ferculis bonis ultra refectionem usualem et 1 lagena cervisie almanice reficiat. Sig. nostra. Datum Esrom sabb. sciocientes.

Perg. med 2 Segl: 1. G. S. 37 (Abbednavnet borte); 2. G. 483. Kongens Arkiv; *ÆA. I, 143* (RA. Esrom Kloster 9). LDipl. [3210]

Apr. 10. Bertoldus Wuzeke presbiter. Noverint universi, me Dn. Nicolao episcopo Roskildensi in 200 mr. denar. sundensium teneri obligatum, sibi in f. Martini prox. in opido Sundensi in prompta pecunia persolvendis, sub hac conditione, quod si in termino prescripto dictam summam non solvero, ad eripiendum ipsum dominum ab omni dampno et interesse, quod ratione hujusmodi pecunie se dixerit incurrisse, me obligo. Et nos Swmo senior de Jasmundia, Gerlacus Smachteshaghen, Antonius de Bugha et Hermannus de Jasmundia pro expedita solutione in termino superius expresso una cum Dn. Bertoldo promittimus. Sig. meum cum sig. prescriptorum. Datum in sabb. palmarum.

Perg. med [5] Segl: 2, 4, 5. Roskilde Bisps Arkiv (RA. Rygen til Rosk. Stift 23). LDipl. [3211.]

Apr. 14. *Reg. *3007.* Se 3213.

Apr. 21. *Reg. *3008.* Perg. med 8 Segl: 1. A. 774; 2. G. 843 (S' OLAVI IOHIS *osv.*); 3. G. 844 (S' IOHIS WITHORP *osv.*); 4. Stump; 5. G. 846 (S' TWONIS THORSTANNI *osv.*; Stjerne-Jul); 6. A. 773 (S' IESSE HOLK VAN EGELLSBVL); 7. A. 771; 8. A. 772. Senere (jfr. 1388^{2/12}) til Ribe Kapitels Arkiv (RA.). *Harsyssels Dipl. 13.* [3212]

Apr. 24. *Reg. *3007.* Perg. med [5] Segl: 2-5. Roskilde Bisps Arkiv (RA. Rygen til Rosk. Stift 21). *Bring, Handl. III, 121.* [3213]

— Bertoldus Wuzeke [*osv. som 3213*]. Et nos Nicolaus et Henricus dicti de Rode necnon Stephanus Sessowe et Hartmannus Seyebode [*osv.*].

Perg. med [5] Segl: 2-5. Roskilde Bisps Arkiv (RA. Rygen til Rosk. Stift 22). LDipl. [3214]

Apr. 25. [Olauus] rex. Noveritis, quod nos Kønikino Skrædæræ villa[no] c]uriam in villa Køghæ sitam, sibi hereditario jure advolutam ac sibi [per] ac nobiliores terre Syellandie in placito nostro justitiano et postmodum [per 4 litteras] nostras legaliter adjudicatam, in cujus etiam [corporalem] possessionem per quatuor discretos est introductus^a, adjudicamus, huic cause perpetuum silentium imponentes ac precipientes *etc.* Datum Ringstadis sub sig. ad [causas] dnica. quasimodogeniti, teste Nicholao [Draghæ just]itiano nostro.

Perg. (venstre Side fattes nu) med Kancellipaaskrift. Senere i Køge Bys Arkiv (RA.). [3215]

a) Brevet herom: 1379 Apr. 13. I et af de to Breve maa Aarstallet være fejlskrevet.

Maj 6. Frater Trogillus abbas monasterii b. Petri Nestwedis¹ totusque conventus ibid.² Constare volumus, nos de Dn. Olauo Byornß M. executore testamenti Dn. Waldemari quondam regis Danorum 50 marchas argenti in moneta alba, videl. in sterlingis 4 lybicensium,

et 10 mr. in moneta concava percepisse in usus monasterii libere convertendas. Quocirca nos obligamus ad celebrandum omni die unam missam in altari s. crucis ad australam[!] plagam chori nostri in remedium anime regis, et bona nostra in Holløsæ, Flakkæbyerg H., et in Threløsæ, Thythæbyerg H., in annuis redditibus 1 mr. annone valentia, ad predictam missam celebrandam mense fratrum annectenda; si autem bona pretacta quovis periculo [*contigerit*] devastari [*osv. som 3210*]. Sig. nostra. Datum die Johannis ante portam latinam.

Perg. med 2 Segl: 1. G. 469; 2. G. 468. Kongens Arkiv; *ÆA. I, 143* (RA. Næstved 27). LDipl. [3216]

Maj 6. Frater Johannes in abbatem Ryngstadiensem electus confirmatus¹ totusque conventus ibid.² [*osv. som 3216 indtil*] altari b. Andree ad occidentem chori nostri per nos constructo in remedium animarum regis et suorum progenitorum, pro qua pecunia bona nostra in Skyelruth 1 mr. annone valentia pronunc impignerata, fieri statui-mus redimenda et ad predictam missam celebrandam [*osv.*].

Perg. med 2 Segl: 1. G. 473; 2. G. 472. Kongens Arkiv; *ÆA. I, 143* (RA. Ringsted 20). LDipl. (*Reg. *3012*). [3217]

Maj 13. Olauus rex Scaniam inhabitantibus. Noveritis, quod Thorkillo Niclesß, filio et heredi Nicolai Birghesß, bona Skipperløff, Isgrannæthorp, Manzdale, Lithe, Swenstorp, Biernholt et 1 curiam in Wram ^ain Gers H. apud vos sita^a, sibi post mortem patris sui coad-voluta^b et nunquam postmodum alicui alienata, adjudicamus, precipientes *etc.* Datum Næstwedis crast. Nerei et Achillei, teste Nicolao Træghe[!].

[Orig. og Vidisse som 1885.] Afskr.: Lundebogen S. 211. LDipl. — Jfr. 3221, 3228, 3231. [3218]

a) Fattes i 3221, 3228, 3231. b) 3221, 3228, 3231: advoluta.

Maj 25. Ericus Nielsß de Hørnyngsholm, castri Syøborgh capi-taneus. Notum facio, me super litera bona tangente in Scania situata, videl. Nørræ Sæby, bona in Nørræskow H. videl. Grymelstørp, bona in par. Ørknælywngæ, Lwmma in Baræ H. necnon insulam Hwæthæn, Dn. Andree Pæthersß de Alnæthorp M. per Dn. Cristoferum quondam regem Danorum pro 340 mr. puri argenti per apertas literas impigne-rata, cum nobili viro Dn. Lodwico filio ejusdem Dn. Andree in hunc modum concordasse, ita quod eidem infra f. Martini proximum reddere debeo bona prescripta ad manus suas, excepta insula Hwæthæn; si bona sibi non assignaverim infra dictum tempus, ei litteras prenotatas ad restituendum me obligo. Insuper si dicta bona a me redimantur, extunc Dn. Lodwico 220 mr. puri infra 3 menses dare me astringo.

Sig. meum cum sig. nobilium virr. DDn. Twonis Galen prefecti Scanie et Petri Grwbbæ de Swlæthørp. Datum in f. Vrbani.

[Orig. med Segl.] Vidisse 1414 Marts 14. [3219]

Maj 31. Nicholaus archiepiscopus Lundensis¹. Ad notitiam deducere volumus, nos litteras nobis per fratrem Petrum electum in Thummathorp oblatas perspexisse: 1365. Nos vero gratias prenotatas monasterio et conventui confirmamus, declarantes, quod decima alecium de tota villa et par. Symbrishafn una cum aliis decimis monasterio et conventui virtute dicte gratie singulis annis debetur integre sublevanda. Sig. nostrum. Datum Symbrishafn fer. 2. ante f. penthechostes.

Perg. med 1 Segl: G. 21 (med urigtigt Aar 1365). Tommerup Kl. Arkiv; *ÆA. IV, 379* (RA. Tommerup Kl.). [3220]

Juni 4. Olauus rex [*osv. som 3218 indtil*] postmodum alicui alienata secundo judicamus, precipientes *etc.* Datum nostro sub sig. ad causas Woringburgh fer. 6. ante f. pentecostes, teste Nicolao Traghæ[!].

[Orig. og Vidisse som 1885.] Afskr.: Lundebogen S. 211. LDipl. [3221]

Juni 6. Frater Petrus abbas in Asylo¹, Nicholaus Gesling² in Wyghøghæ, Petrus in Lymberghæ, Nicholaus de Wæræ, presbiteri ac ecclesiarum rectores. Noverint universi, nos vidisse: 2658. Sig. nostra. Datum die pentecostes.

Perg. med [4] Segl: 1. G. 146 (med urigtigt Aar 1362); 2. G. 91 (Baad?) (ligeledes med urigtigt Aar). (SvRA. under 1362.) [3222]

Juni 24. „Gerthrudis¹ relicta Dn. Erii Harmanssen[!] M. pantsætter nobili viro Erico Pyleman 2 Gaarde udi Swetnyngge for 10 Mk. Sølv, Anno 1378 die nativit. Johannis bapt. Petrus Grubbe forseglar til Vitterlighed’.

[Perg. med [2?] Segl: 1. A. 775 (Grubbe)]. Udtog af Klevenfeld i Seglsamlingen, Grubbe^a. [3223]

a) Han tilføjer: Orig. paa Perg. fandt jeg efter Ildebranden paa Vor Frue Kirkegaard et pro derelicta occupavi.

Juni 27. *Reg. *3015.* Perg. med 1 Segl: Delt Skjold med skraa Murtinde i 1. Felt. Slesvigs Hertugs Arkiv (Gem. Arch. XXXII, Gælds-breve Fasc. 1b). *SHL. Urkundensamml. II, 332.* [3224]

Juli 6. Dn. Olavo regi Ficko Moltikæ^a, Jacobus Halwægæ, Laurentius Rwt, Johannes Rwt. Ad requisitionem literarum vestrarum Dn. Thuronem Knutsen M. in possessionem corporalem honorum in Forløff in Slaulosæ H. introduximus, prout exigunt leges terre. Sig. nostra. Datum octava Petri et Pauli.

[Orig.] Afskr.: Kall 4to, 404 og [»ex apographo Frankenavii«]: LDipl. [3225]

a) Afskr.: Molakæ.

Juli 10. Andreas Johannis de Hauenlœuæ A. Recognosco, me viro discr. et honesto Dn. Barnom Eriçi M. omnia bona, que post mortem Petri Bassæ sibi attinentia ex vera hereditate ceciderunt ex parte mei uxoris Cisseliæ et uxoris ipsius Ælæ dividisse tali conditione: Vglothorp per totum per 3 curias in Kysor inpigneratas, quas Dn. Barnom redimere debeat, 1 curiam in Merlôsæ necnon 1 curiam in Granlôsæ in Merlôsæ H. cum omnibus attinentiis et boskapp ad manus predicti B. E. resignabo, et omnia alia bona in Syel[*ten*]dia et bona in Falstria et in Lalandia, que ex hereditate ceciderunt post mortem Petri Bassæ, ad manus meas pervenia[*n*]t. Sig. meum cum sig. virr. discr. Dn. Olavi Lungæ M., Dn. Turæ Knutß M., Dn. Mathei sacerdotis, Nicholai Bassæ et Mathei Pæterß A. Datum die Kanuti regis.

Perg. [med 6 Segl: 1-2, 4-6. Nævnte i LDipl.]. (RA. Merløse H. 164.) LDipl. [3226]

Juli 22. Hennichinus Peterß. Noverint universi, me cognatos meos, heredes Esberni Nielß, pro omni debito, in quo michi idem Esbernus tenebatur obligatus, tam pro servitio meo sibi per plurimos annos inpenso quam pro aliis debitis inter nos usque in diem obitus sui manentibus, quittasse tali conditione, quod ipsi heredes michi bona sua, videl. 1 curiam in Ølstykæ (Michael Jonß) et 1 curiam in Vtlerddæ (Paulus Blandaræ), in recompensam restituant a festo Michaelis jam prox. et sic ad 4 annos subsequentes pro usibus meis cum fructibus et redditibus ordinanda; ipsis vero elapsis obligo me ad restituendum ipsis dicta bona nisi in casu, quod bona per incendium, rapinam aut alium casum emulorum regni fueri[*n*]t desolata; extunc ea sub ordinatione mea habeam, donec michi satisfactum fuerit pro anno vel annis, in quo vel quibus ea comprobari poterint desolata. Datum festo Marie Magdalene meo sub sig. cum sig. discr. viri Boecii Daresuen de Wanlôsæ.

Perg. [med 2 Segl]. Senere (jfr. 1436 $\frac{1}{3}$) til Roskilde Kapitels Arkiv (Katherinæ Alter) (AM. XXXVII, 7). LDipl. (Reg. *3017). [3227]

Aug. 19. Olauus rex [osv. som 3218 indtil] alienata tertio adjudicamus, precipientes etc. Datum sub sig. nostro ad causas Roskildis fer. 5. post assumpt. Marie, teste Nicolao Traghe[!].

[Orig. og Vidisse som 1885.] Afskr.: Lundebogen S. 212. LDipl. [3228]

Aug. 31. »Wettechini de Rywald et Elisabethæ Jenisdatters åth förbemelte Johanni de Merle borgare i Lundh gifne skiöte eller säljobreef på een fierdedeel af een grund liggjandes i Skanoör, kallad Klædebodstadh, liggjandes sunnen till i staden, dat. profesto Egidii«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 77. — Jfr. 3230, 3233. [3229]

Sept. 1. »Nicolai Jensons advocati castri et ville Schanöör med sine medborgares consens uthgifne wettnesskrift innehållandes, det beskedelig Henrick i bemelte Schanöör skiötte eller bortsålde till Johan Merle een fierdepart af een gård och grund kallad klædebod liggandes i Skanör, dat. die Egidii«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 76. — Jfr. 3229. [3230

Sept. 9. Olavus rex [osv. som 3218 *indtil*] alienata, quarto adjudicamus, precipientes etc. Datum Næsby sub sig. nostro ad causas 5. fer. post f. nativit. virg., teste Nicolao Draghæ.

[Orig. og Vidisse som 1885.] Afskr.: Lundebogen S. 212. LDipl. [3231

Sept. 15. *Reg. 2721.* Perg. med [5] Segl: 1. A. 780 (Kruppen); 3. A. 777 (Lilje-Jul); 4. A. 778 (Lange); 5. A. 779 (Lilje-Jul). Ribe Kapitels Arkiv (R.A.). *Terpæger 36.* — Jfr. 3236. [3232

— »Achonis Wästesons armigeri uthgifne skiötebreef på een fierdeel uthi ofvanbemelte grundh, som Johan de Merle bekom, dat. crast. exalt. crucis«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 78. — Jfr. 3229. [3233

Sept. 29. Johannes dictus Gyrsting¹ de Aas. Recognosco, me a nobili Dn. et honesta sorore Cristina Strangesdother, priorissa claustris. Agnetis Roskildis, totoque conventu ibid. quadam bona ordinis sui, videl. in Hyelmsyøllilæ in Thythæbyergs H. (Johannes Ebbæß) a die prox. Michaelis ad dies meos conduxisse conditione tali, quod ipsis in claustro eorum omni anno 3 pund annone et 1 porcum infra diem Gregorii dabo; si in summa solutionis defecero, alii bona locandi habeant facultatem. Sig. meum cum sig. Dn. Jacobi Olai sacerdotis. Datum die Michaelis.

Perg. [med 2 Segl: 1. (Gørsting)^a; 2. Bomærke]. Roskilde Agnete Kl. Arkiv; *ÆA. IV, 286* (R.A. Tybjærg H. 71). LDipl. [3234

^a) Klevenfelds Seglsamling.

Okt. 1. Bandbrev imod Henrik Speck.

[Orig. Dalum Kl. Arkiv.] Udtog af Hamsfort: *SRD. I, 314* (= *Hvitfeld IV, 24, Fol. 56A*). [3235

Okt. 8. Henichinus Lembek¹ capitaneus castri Ripensis. Notum facio, quod fidedigni coram me sufficienter docuerant, quod bona in villa Hyrtyngh in par. Gulager in Skats H. in advoc[at]ia mea cum familia in eis, videl. Jona Lyllæ, ad ecclesiam Ripensem pertinere dignoscuntur et me nullum jus habere in eisdem. Unde promitto, ut non intromitam me, quam diu castrum Ripense tenuero, cum bonis aut familia in eisdem, prohibens districte, ne quis advocatorum meorum Dn. Thrugillum canonicum Ripensem possessorem bonorum inpediat. Sig. meum. Datum Ripis in profesto Dyof[næ]sii.

Perg. med 1 Segl: A. 781. Ribe Kapitels Arkiv (RA.). — Jfr. 3232.
[3236]

Okt. 14. *Reg. 2722.* Perg. med [6] Segl: 3. Bomærke. Malmø Bys Arkiv. Efter yngre Afskr.: *Rosenvinge, Love V, S. XIX* (Allo *Kathonis - Bartoldus Witten - Hinzcechinus - Ossøggehæret - Hennichini, Johannes Tuof et Thrugillus Pæterß - Kalixti pape - illustris - veritatis*).
[3237]

Nov. 24. Nicolaus archiepiscopus Lundensis. Ad notitiam deducimus, quod bona nostra in Gørtalykke, que quondam de Dn. Petro Nicolai M. de Hamundahøgh emptionis titulo habuimus, ad ecclesiam s. Laurentii Lundis et ad ejus fabricam damus pro festo Georgii et Laurentii sollempniter in eadem ecclesia singulis annis apud inferius altare s. Laurentii die Georgii tenendo, cum missa cantanda de s. Georgio et memoria de s. Laurentio et una collecta post mortem nostram in remedium anime nostre, hac conditione, quod tutores dicte fabricæ bona sub sua ordinatione teneant et dabunt canonicis ipso die Georgii 6 sol. grossorum, pro festo dividendos secundum ordinationem capituli inter canonicos presentes in festo, vicarios et scolares ac pulsantes in turri; quidquam ultra hoc a bonis dirivatur, cedat fabrice predictæ. Preterea omnes litteras apertas, dicta bona concernentes, ad nos devolutas predictæ ecclesie et ejus fabricæ resignamus. Insuper bona nostra omnia in Luddekøpinge, que quondam a Dn. Petro Nicolai dicto Kyrningh M. ac Petro Spaldener A. et de monasterio monialium Lundis acquisivimus titulo emptionis, damus et scotamus ad mensam archiepiscopalem Lundensem tali conditione, quod archiepiscopus Lundensis dabit canonicis Lundensibus singulis annis pro aniversario nostro in eadem ecclesia sollempniter tenendo 1 pund sterlingorum, dividendum secundum ordinationem capituli inter canonicos in aniversario presentes, vicarios, scolares et pauperes ac pulsantes in turri, ac pro missis in ecclesia celebrandis in remedium anime nostre et omnium fidelium defunctorum. Litteras vero apertas nobis per Dn. Petrum Kyrningh, Petrum Spaldener et moniales Lundenses datas super eisdem bonis successoribus nostris et capitulo nostro resignamus, in sacristia canonicorum reservandas. Datum et actum in castro nostro Hammarensi, nostro sub sig. profesto Katerine, presentibus honorabilibus viris DDn. Mathia Synichini cantore, Petro Symonis et Matheo Andree, canonicis Lundensibus, ac Johanne Wf advocato castri Hammarensis, nepote nostro, quorum sigilla una cum nostro voluimus anteponi.

[Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 64. LDipl. Udtog af *M. Matthiæ, Episc. Lund. 160* (= *Hvitfeld, Bispekrøn. Bl.*

Vij, Fol. 78). — Hertil 1267, 1631, 1653, 2056, 2630, 2633, 2636-37, 2644, 2666-67, 2741; jfr. 1379 Febr. 3. [3238

Nov. 28. *Reg. 2724**. Perg. med [6] Segl: 3. A. 554 (Bild); 4. A. 784; 5. A. 782; 6. A. 783. Kongens Arkiv (RA. Slesvig 24 b). *Suhm XIV, 512; SHL. Urkundensamml. II, 332.* [3239

Dec. 5. Yvarus Niclisß¹ villanus in Malmøghe. Noverint universi, me a Dn. Magno Nicholai decano Lundensi ex parte fabrice ecclesie Lundensis pro bonis et curia in Malmøghe sitis, in quibus nunc resideo, fabrice venditis et scotatis, 80 mr. argenti in numerata pecunia alba percepisse. Sig. meum cum sig. discretorum DDn. Bertoldi persone ecclesie Malmøghe et Arnoldi vicarii sui ibid. Datum in profesto Nicholai.

Perg. med [3] Segl: 1. Skjold, hvori 2 Bjørnekløer[?]. Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.). (*Reg. *3028.*) — Jfr. 3241-42, 3247. [3240

Dec. 13. Claws dictus Nasakannæ viceadvocatus in Malmøghe, Hynzikinus de Hylloyæ decanus in Ossayæ H., Bertoldus persona ecclesie Malmøghe, Arnoldus vicarius ibid., Jonas de Lokkorp, sacerdotes, Sweno Ywersß, Johannes Brwn, Petrus Tuwesß³, villani in Malmøghe, et Petrus Olafß civis Lundensis. Notum facimus, nos vidisse, quod vir discr. Yvarus Niclesß die Lucie in placito Malmøghe curiam habitationis sue ibid., in qua nunc residet, cum domo lapidea fabrice ecclesie Lundensis partim dedit et legavit partimque vendidit ad manus Dn. Magni Nicholai decani Lundensis et scotavit, ad tenendum sollempniter in majori choro Lundensi 3 anniversaria, videl. ipsius Yvari et uxoris sue Grethæ, quam nunc habet, necnon Johannis Eskilli quondam mariti sui, hac adjecta conditione, quod curiam sub sua ordinatione ad dies suos habeant, quam edificii et structuris eorum expensis teneant indestructam oneraque curie sustineant, et 5 mr. argenti ratione pensionis annue circa nativit. virg. singulis annis exponere non omittant. Sig. nostra. Datum *etc.*

Perg. med [9] Segl: 8. Skjold med Kors under Sparre. Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.). LDipl. — Jfr. 3240. [3241

— Yvarus Niclesß villanus in Malmoghæ. Notum facio, quod obligo me ad appropriandum curiam habitationis mee ibid. cum domo lapidea fabrice ecclesie Lundensis partim venditam, partim donatam et legatam et ad manus Dn. Magni Nicholai decani Lundensis assignatam et in placito Malmø per me scotatam et a quibuscumque solutionibus ville liberandam, quamdiu curia sub ordinatione mea vel uxoris mee, quam nunc habeo, remanserit ordinanda et, prout in litteris super hoc confectis extiterit, disponenda, necnon ad reddendum

litteras omnes apertas, Johanni Eskilß per Paulum Kulhwyth quondam villanum in Malmø tytulo emptionis super eadem curia datas, Dn. decano supradicto. Sig. meum cum sig. virr. discr. DDn. Hinckekini² de Hylloyæ decani in Ossæge H., fratris Petri Somer gardiani Lundensis³, Bertoldi persone ecclesie Malmø, sacerdotum, Alberti Niclesß⁵ proconsulis et Petri Twesß⁶ villani ibid.

Perg. med [6] Segl: 2. G. 91*; 3. G. 111; 5. Skjold med Rose under Sparre; 6. se 3241, 8. Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.). (*Reg. *3029.*) — Jfr. 3240. [3242]

Dec. 21. *Reg. 2725.* Perg. med [5] Segl: 2. G. 229. Kongens Arkiv (*Reg. 69, Fasc. 12, 33*). *Danske Mag. IV, 291; Suhm XIV, 513.* [3243]

— Margareta regina. Coram omnibus recognoscimus, nos dudum, dum causa negotiorum nostrorum de regno Dacie versus Norwegiam transivimus, Dn. fratri Michaeli abbati in Sora inter alia, que sibi custodienda commisimus, repositorium quoddam sive [vas] compositum ex viminibus, in quo littere reponi solent et custodiri, sub secreto nostro sigillo ab extra clausum et signatum custodien[dum trad]idisse, in quo vase inter alias litteras apertas ibid. per nos repositas erat littera aperta viri nobilis Erics [Niclesß bo]ne memorie super bonis in Mæthelby suo [vero] sigillo sigillata una cum sigillis honorabilium virorum Dn. Petri Grubbe M. et [Elder] Alden]borch notarii nostri: 3183. Recognoscimus insuper Dn. abbatem hujusmodi repositorium sive vas litterarum una cum litteris omnibus in eodem per nos depositis sub salvo nostro sigillo clausum et signatum nobis reddidisse, et in casu, quo aliquis Dn. abbatem occasione custodie hujusmodi litterarum inpetere voluerit, ad assistendum eidem nos obligamus. Sig. nostrum. Datum die Thome.

Perg. [med 1 Segl]. Sorø Kl. Arkiv (AM. I, 14). LDipl. under 1377^{9/8}. [3244]

Dag? Testamente af Margarita Jakobsdatter, Erik Selandsfars Efterleverske.

[Orig. Odense Franciskanerkl. Arkiv.] Udtog af Hamsfort: *SRD. I. 314* (= *Hvitfeld IV, 24, Fol. 564*). — Jfr. 2962. [3245]

— Odensebrev.

[Orig.] Tre Navne anførte af Hamsfort: *SRD. I, 314.* [3246]

Registraturer: Kongen: *ÆA. IV, 26*; se ogsaa 3210, 3216-17. — Roskilde Bisp: *ÆA. III, 320, 322, 339, 368.* — Tommerup Kl.: se 3220. — Antvorskov: *ÆA. IV, 69, 235.* — Næstved Peders Kl.: *SRD. IV, 354.* — Roskilde Agnete Kl.: se 3197, 3205, 3234. — Sorø: *SRD. IV, 430 = 439 = 519, 527.* — Maribo: *ÆA. III, 265, 274.* — *Elise Gøyes Jordebog 96* (Jan. 27), 396 (Apr. 25), 397 (Juni 12).

1379.

Jan. 1. Sweno² et Petrus³, canonici et tutores ecclesie Lundensis. Ad notitiam deducimus, Dn. Magnum Nicholai decanum Lundensem 80 mr. argenti in alba moneta viro discr. Yuaro Niclisß vilano in Malmøghe pro curia cum domo lapidea, in qua Yuarus nunc residet, fabrice ecclesie predictae partim per ipsum data et legata partimque vendita, exsolvisse, pro cuius summe 60 mr. predicto decano de consensu capituli Lundensis curiam titulo pigneris obligamus, ita quod redditus de ea percipiat annuatim, donec dicta summa fuerit persoluta. Pro 20 vero mr. residuis 2 anniversaria Dn. decani et suorum parentum post ipsius mortem in majori choro Lundensi cum missis et vigiliis et 12 missis inferius sollempniter celebrentur, in quorum quolibet 1 mr. puri de redditibus predictae curie per modum, qui sequitur, dividatur: canonicis chorum frequentantibus in dictis anniversariis 2 sol. gross., vicariis 5 sol. lubic., fabrice ecclesie sol. gross., pauperibus scolaribus et hostiatim mendicantibus 8 grossi cum 2 sterlingis, pulsantibus in turri 2 grossi, sacerdotibus 12 inferius celebrantibus 5 sol. lubicenses et scolaribus ad dictas missas ministrantibus 12 denarii lubic. erogentur, litteris prius datis Yuaro Niclesß super curia semper manentibus salvis. Sig. capituli Lundensis cum sig. nostris. Datum sabb. infra epiphaniam dni.

Perg. med [3] Segl: 2. G. S. 5 (SIGILLVM SWENONIS SAXTHORP); 3. G. S. 5 (S' PETRI JØN . . CANON). Senere tilbagegivet til Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.). LDipl. (Reg. *3035.) — Jfr. 3240. [3247]

Jan. 9. »Nicolai Dankenhagens borgares i Malmøe åth Pehr Nickleson wäpnare gifne skiöte eller säljoreef på alt sitt godz i Östra Alistada, som erfatteligen honom tillfallit war med sin hustru Elseby Magnusdotter, dat. dnica. post epiph. dni.«

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 79. — Jfr. 3262. [3248]

Febr. 3. Reg. *3037. Perg. med [7] Segl: 1. G. 20; 3. G. umiddelbart foran Nr. 47; 7. A. 785. Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.). *Erslev, Testamenter Nr. 66.* — Jfr. 3238. [3249]

Febr. 7. Consules in Randrus totaque communitas ibid. Notum facimus, quod prox. placito ville nostre post purific. virg. Symon Joonß Johanni Thordß dicto Skyttæ curiam suam in par. b. Martini, sibi jure hereditario post mortem patris sui Jone Pæderß contingentem, cum omnibus pertinentiis, quibus J. P. eam possidebat, videl. cum 1 sartagine braxatoria et doliis parvis et magnis ac aliis instrumentis brygerethe dictis cum uno fundo monialium monasterio attinenti, de quo datur annuatim 1 sol. sterlingorum, scotavit. Sig. communitatis ville nostre. Datum etc.

Perg. [med 1 Segl]. Senere (jfr. 1401^{20/7}) til Kongens Arkiv (RA. Nørrejyll. 134 b). LDipl. [3250]

Febr. 20. Proconsules et consules in Randrus. Constare volumus, quod Johannes Thordß dictus Skyttæ pro causis legalibus ratione homicidii, violentiis et excessibus majoribus et minoribus in villa nostra contra statuta ville nostre et juris et legis inhibitionem per ipsum perpetratis, nobis usque ad presens satisfecit, unde ipsum liberum dimittimus. Sig. communitatis ville nostre. Datum dnica. ante cathed[r]am Petri.

Perg. [med 1 Segl]. Senere (jfr. 1401^{20/7}) til Kongens Arkiv (RA. Nørrejyll. 134 a). LDipl. [3251]

Febr. 24. Johannes prepositus, Olauus archydiaconus, Albertus cantor³, Jacobus Pauli, Jacobus Hennikini⁵ et Segmundus Johannis, canonici Roskildenses. Noverint posteri ut moderni, nos die Mathie litteras Dn. Olaui regis, ejus sigillo necnon honorabilium virr. DDn. Henningi de Pudbuzke dapiferi et Efrardi Moltike marscalci, MM., sigillis sigillatas, vidisse: 3096. Sig. nostra. Datum etc.

Perg. med [6] Segl: [2. Nævnt i LDipl.]; 3. G. 230 ([S' A]LBERTI BRVNSTED CANONICI RO[SKILDENSIS]); 5. G. 231. Senere (jfr. 1382^{8/11}) til Kongens Arkiv (RA. Smørum H. 55). LDipl. [3252]

Apr. 13. Dn. Olauo regi Gerechinus Sleaf, Olauus Sutor, Matheus Hæmingi³, Vernechinus Brwnswyk. Constare volumus, nos ad mandatum vestrum, per vos in litteris vestris nobis missis receptum, [Køn]ichinum sa[rt]jorem convillanum nostrum in corporalem possessionem curie sue aput nos sit[e, ejidem Køn]ichi]no per 4 litteras vestras adjudicate, introduxisse, prout exigunt leges terre. Sig. nostra. Datum 4. fer. pasche.

Perg. med [3] Segl: 3. Bomærke. Senere i Køge Bys Arkiv (RA.). — Jfr. 3215 (hvor ogsaa om Brevets Aarstal). [3253]

Maj 2. Olauus archidiaconus Roskildensis¹. Noverint universi, quod 2. fer. post diem Marci coram nobis in judicio discr. viri Atto Attonis carnifex et uxor ejus Cecelia filiusque eorum Petrus recognoverunt, se nobili viro Johanni Ebbeß in 6 sol. grossorum usualis monete esse obligatos, pro quibus sibi fundum ipsorum ad occidentem ab ecclesia b. Jacobi in Vindebodæ situatum inpigneraverunt, in f. purific. virg., cujuscumque suffecerint annorum, redimendum, in quo fundo structuram valoris 3 marcarum vel infra monete predicte construendi habeat potestatem, pro qua stru[c]tura dicto Johanni civi. Roskildensi per prefatos Attonem et Ceceliam et Petrum ante solutionem debiti principalis satisfiat secundum 4 arbitrium amicorum eligendorum parte ex utraque. Acta sunt hec presentibus viris discr.

Berone Kanuti, Laurencio Nicholai, Nicholao Johannis, nostro sub sig. etc.

Perg. med 1 Segl: G. 227 (S' OLAUI PETRI DEN). (AM. XXI, 33.) LDipl. — Jfr. 1413 Jan. 24. [3254

Maj 12. Magnus electus in archiepiscopum Lundensis ecclesie. Ex quo DDn. archidiaconus, cantor totumque capitulum nostrum Lundense nobis supplicarunt, quatinus eorum privilegia, que a predecessori- bus nostris habuisse dinoscuntur, maxime in articulis infrascriptis confirmare dignemur, nos consensu ipsius capituli ordinamus: Primo quod, cum aliquis canonicorum diem clauserit extremum, sive [*osv. som* 2638 § 1—4]. [5.] Item quod bona dictorum canonicorum, tam com- munia quam specialia, in consimili libertate cum bonis nostris propriis conservabimus juxta posse. Non solum autem premissos articulos, verum etiam omnia privilegia, que a predecessoribus nostris hactenus habu- erant, cum omnibus articulis de testamento Dn. Nicolai, dudum archiepiscopi Lundensis, canonicos et fabricam ecclesie Lundensis concernentibus [c: 3249] confirmamus. Sig. nostrum cum sig. capituli nostri et curie nostre Lundensis. Datum Lundis die Nerei et Achillei.

[Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 41. LDipl. Udtog af *M. Matthiæ, Episc. Lund. 163* (= *Hvitfeld, Bispekrøn. Bl. Viiij, Fol. 79*). [3255

Maj 22. Holmgerus Gregorsson¹ de Vitthskifle M. Constare volo, me nobili Dn. Elene Ingemarssdoter bona mea in Gæris H., videl. 3 curias in Folchestorp in par. Maglahem (Johannes Hale, habet pro estimatione bovem cum pund annone, dabit pro pensione 5 pund orde; Salomon, dabit pro pensione sol. grossorum; Petrus Frende- son, dabit sol. grossorum); 1 curiam in Deebiarhæ (Johannes Inge- marson, habet pro estimatione bovem cum pund siliginis, dabit 2 oras annone); 2 curias in Gadaryth (Bowl, dabit pro pensione 4 sol. grossorum; Nicolaus Agason, dabit pro pensione sol. grossorum); 1 curiam in Æwærthe (Johannes Skinnere, dabit pro pensione oram annone); 1 curiam in Liungsyø (Sywan, habet pro estimatione bovem cum pund siliginis, inde dabit 2 oras annone), dimississe. Sig. meum cum sig. virr. discr. Thorkilli Niclisson de Glatthax, Thrugoti Haas et Dn. Svenonis Eskillson curati mei⁴. Datum et actum dnica. infra oct. ascensionis.

[Perg. med [4] Segl: 1. A. 786 (Krogno); 4. Kronet S; Paaskrift: De bonis monasterii in Gers H., Folkestorp. Tilhørte senere Baron Barne- kow.] Afskr. af Langebek 1756 og en samtidig Afskr. (med Seglbeskri- velse): LDipl. [3256

Juni 1. *Reg. 2727.* [Orig.] Vidisse 1384 Okt. 2? *Mag. til d. danske Adels Hist. I, 32.* [3257

Juni 13. Thuuo Niclæss sacerdos in Faxingh, Ericus Mæyinkss², Nicholaus Monk, "Ericus Pæterss", Petrus Hook⁵, "Jacobus N.ß et Nicholaus Brod.ß". Notum facimus, nos fer. 2. ante diem Viti et Modesti in placito Hallæ H. vidisse, quod Yerthrid Niclæs, relicta Nicholai Jønsß dicti Maghæprangh de Westeralind, Matheo Mathæssß, advocato Dn. Johannis Anderß M., omnia bona sua in par. Westeralind bone memorie[!] ex parte Dn. Johannis Andærsß M. scotavit, recognoscens se in eodem placito plenum pretium sublevasse. Sig. nostra. Datum etc.

Perg. med [7] Segl: 2. A. 787 (Banner); 5. A. 788 (Holck). Gammel-Estrups Arkiv (RA.). LDipl. [3258]

a) Skrevet i Rasur over nogle andre Navne.

Juni 26. Ericus Pyleman¹, Boecius Dyuræ² M., Johannes Olavi de Ramsø et Nosselman Soldere protestamur, ut[!] Rygstadhæ dnica. post f. Johannis bapt. presentes fuimus, quod Dn. Barnum M. exsolvit Hemiggo Johannis 7¹/₂ mr. argenti in moneta alborum denariorum pro una molendina in Vggeldorp et pro 1 paar smythæ røtha et 1 paar bryggerøthæ, et idem Hemmigus dedit eundem Dn. Barnum quitum pro predictis denariis. Datum tempore prescripto nostro sub sigillo.

Perg. med [4] Segl: 1. A. 790; 2. A. 789 (Due). (RA. Voldborg H. 1.) LDipl. — Jfr. 1408 Juni 24. [3259]

Juli 10. Reg. 2728*. [Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 57. Molbeck og P. 6. Udtog af M. Matthiæ, Episc. Lund. 161 (= Hvitfeld, Bispekrøn. Bl. Viii, Fol. 79). [3260]

Juli 18. Olaus archidiaconus Roskildensis. Noverint universi, quod 2. fer. ante diem Margareta[!] coram nobis in judicio discr. vir Petrus Gad villanus in Slangethorp recognovit se condxisse omnia bona claustris s. Agnetis Roskildis in Synby lillæ a prox. f. Michaelis in hunc modum, quod bona restauret et re[e]dificet et in quolibet festo omnium sanctorum 1 agnum, 1 ancam et 2 pullos et quolibet festo purific. virg. 2 talenta siliginis et ordeis istorum 2 annorum immediate subsequentium Roskildis monialibus in claustro s. Agnetis exolvat, et post revolutionem istorum 2 annorum festo omnium sanctorum 1 agnum, 1 ancam et 2 pullos et festo purific. virg. 3 talenta siliginis et ordeis annuatim Roskildis predictis monialibus exolvat, et quamdiu bona melioraverit et edificaverit et pensionem exolverit nulli alteri bona dimittantur. Sig. nostrum. Datum etc.

Perg. [med 1 Segl]. Roskilde Agnete Kl. Arkiv; ÆA. IV, 278 (RA. Lynge-Frederiksborg H. 47). LDipl. [3261]

Juli 30. »Göto Benedictsons advocatz i Skåne medh borgmästarens i Lund och vice borgmästares consens uthgifne wettnesskrift innehållandes, det Nilsz Dankenhagen villanus in Malmöge, Petrus Haraldson villanus in

Falsterboda och Bonde Gregormson de Westra Wærlinge skiötte eller bortsålde alt sitt godz Östra Alistada, som war nyo gårdar liggiandes i Skiötzhäradt, dat. sabb. post diem Olavi regis«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 80. — Jfr. 3122, 3248.

[3262

Aug. 1. Universis dominis, principibus, primatibus, militibus, militaribus, consulibus, civitatensibus ac omnibus regni Dacie incolis consules totaque communitas civitatis Ripensis¹. Conquerimur, quod Jacobus Johannis quondam conconsul noster pixidem nostrum sive custodiam sigilli civitatis nostre infregit, inde summens sigillum nostrum, cum quo literas suas apertas communitati civitatis nostre valde nocivas contra velle nostrorum omnium scribi fecit, prout docere poterimus cum pluribus tunc presentibus, in suum proprium profectum. Posthac idem Jacobus populum armatum nobis inimicabilem in civitate nostra induxit cum proditione precogitata, claves civitatis sibi antea assummens fraudulentè in intollerabile dampnum nostre civitatis; prima vero nocte, postquam induxerat, nostram magnam turrim ecclesie b. virg. intravit et bona nostra in turri eadem nequiter prodidit; secundo vero die hominem regni fidelem et nostre civitati utilem, silicet Cristiernum Frelleß, in ecclesia b. virg. manu proditiosa arripuit, volendo eum turpiter mortificasse cum suis adjutoribus, ipsum eadem vice vlnorando in ecclesia eadem. Posthac Jacobus et sui adjutores domos nostre civitatis manu violenta intraverunt, bona nostra et utensilia, queque eis placuerunt, de eisdem domibus desummendo et indecenter consummendo. Has injurias et alias violentias nostre civitati per Jacobum et suos adjutores factas non sufficimus vobis scribere vel declarare, pro quibus injuriis de nostra civitate nocturno tempore Jacobus pro tali proditione convictus fugam dedit viliozem. Unde vestre honestati supplicamus, ut nobis super talem [pro]ditorem, quantum justitie fuerit, disponere velitis. Datum sub sig. nostre civitatis tergo inpresso in f. Petri ad vincula.

Perg. med Lævninger af Byens Segl, paatrykt Bagsiden. (RA. Ribe Købstad 16.) LDipl. — Jfr. 3264. [3263

— Olauus archidyachonus totumque capitulum ecclesie Ripensis¹. Attestamur, quod in nocte diem circumcisionis dni. subsequente Jacobus Johannis, pro proconsule civitatis Ripensis tunc temporis se gerens, in majori turri ecclesie nostre cathedralis viros armatos clanculo introduxit ipsamque turrim sub sua custodia recepit, nobis canonicis, consulibus ac communitate civitatis nescientibus ac super hoc penitus inconsultis. Die vero sequenti sub hora meridiana Jacobus Johannis cum quibusdam houalibus in eadem ecclesia, contra ipsius

immunitatem temere veniendo, in Cristiernum Frelleß manus violentas primus iniecit, ubi C. F. fuit graviter vulneratus. Unde ob violationem inibi factam ab ipso die usque ad sabbatum in palmis fuit cessatum a celebratione divinorum propter absentiam Dn. episcopi nostri, pro quibusdam regni negotiis expediendis in remotis partibus tunc agentis. Insuper post paucorum dierum intervallum prefatus J. J. in ecclesia sepefata sacrilegium commisit, quorundam civium bona in pecuniis, clenodiis et aliis rebus cum suis coadjutoribus temere rapiendo in anime sue detrimentum ac ecclesiastice emunitatis depressionem. Quare predictum J. J. presertim ob violentam manuum injectionem et violationem immunitatis ecclesiastice eo ipso pluribus de causis excommunicatum in diebus dominicis et festivis in omnibus ecclesiis civitatis Ripensis fecimus publice nuntiari, in quibus excommunicationum sententiis extra ecclesie gremium ac omnium fidelium communionem adhuc detinetur, cum excommunicatus apud unam ecclesiam excommunicatus sit et est apud omnes. Protestamur tamen, quod propter violentias ecclesie nostre ac nobis per eundem J. J. irrogatas contra ipsum non intendimus agere in penam sanguinis, nec de nostra voluntate procedit, quod propter testimonium nostrum sibi pena sanguinis inferetur. Datum in die Petri ad vincula nostri capituli sub secreto.

Perg. med 1 Segl: G. 837. (RA. Ribe Købstad 17.) LDipl. —
Jfr. 3263. [3264

Aug. 15. Benedictus dictus Byvg¹ M. in Gynnerslof. Recognosco, me viro discr. et honesto Thuroni Johannis in 10 mr. argenti in alba moneta esse obligatum, pro qua summa sibi bona mea, qua [!] habeo ex parte matris uxoris mee Dn. Cristine in Syholm, videl. in Lytherslof 2 curias (Petrus Nielsß, 2 pund annone; Petrus Ascerß, 3 pund annone), item in Lwnd 1 curiam (Johannes Kaarlß, qui dabit 1 pund annone seu 2 sol. grossorum) [*inpingero*], in Steefnes H. in placito ante diem Michaelis redimenda, tali ratione quod in prox. f. Michaelis redditus percipeat; hoc adjecto quod quandocumque bona in prefato termino redimantur, redditus bona subsequuntur. Si autem bona causa mee appropriationis sibi absedant, obligo me sibi pecuniam suam infra 6 septimanas redonare sive alia bona edificata et residuata infra Syelendiam, 6 pund annone annuatim dantia, tunc temporis resignabo. Datum die assumpt. Marie. Sig. meum cum sig. virr. discr. Petri Offeß² et Johannis Offeß ac Thrugilli Porsse.

Perg. med [4] Segl: 1. (Grubbe; forskelligt fra A. 791); 2. A. 792 (Neb). Senere (jfr. 1400^{4/2}) til Kongens Arkiv (RA. Stævns H. 66). LDipl. [3265

— »Bengt Månsdotters, som var Oluf Esbiornsons af Östra Alistada

effterleverskas, åth Vestoni Haquonson gifne skiöte- eller säljobreef på alt sitt tilhörige godz i Östra Alistada, som hon effter sin moders och systers dödh erfde, dat. in die assumpt. Mariæ*.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 81. — Jfr. 3122. [3266

Aug. 20. *Reg. 2730.* Perg. [med 6(?) Segl]. Ribe Kapitels (Skolens) Arkiv (RA. Lo H. 22). *Terpager 475.* [3267

Aug. 29. Benedictus Nicholai canonicus Lundensis, decanus Hal-landie. Recognosco, me nobili viro Johanni Taghesß in Fawernes in 10 mr. argenti in alba moneta, que equipollet monete sundensi seu lubicensi, esse obligatum, pro qua summa sibi bona in Ræwicke, michi a Johanne Skytte inpignerata, videl. 3 curias et 1 molendinum aquaticum, de quibus sibi coloni 1½ lagenam butiri dabunt annuatim, inpignero, hoc adjecto, quod Johannes bona sub ordinatione sua habeat, donec redimantur. [Obl]igo me ad predicendum sibi, quando bona redimere volo, ad ½ annum antecedens. Sig. [meum] cum sig. virr. discr. Dn. abbatis in Azilo, Johannis Mattisß et Dn. Petri in Spandorp. Datum die decollat. Johannis bapt.

Perg. [med 4 Segl]. (RA. Favraas H.) LDipl. [3268

Sept. 20. Boecius Diuræ M. Noverint universi, quod Dn. Henningo de Pothbutze dapifero confero potestatem, 2 curias meas in Nybølæ a viro discr. Offenhusen de Hethningæ »etc.« pro 6 mr. argenti per me impignoratis prox. placito ante diem Martini Slaulosæ H. redimendi, quibus curiis per Dn. Henningum redemptis extunc recognosco me Dn. Henningo dapifero in 10 mr. argenti in albis denariis teneri obligatum, sibi placito ante diem Martini Slaulosæ H. nunc instanti persolvendis; si in solvendo defecero, redditus de familiis nec non precarias et alias obventiones sublevet annuatim; fructus autem istius anni ipsi »Dn. Henningo cedant et non michi«, Dn. Boecio seu alicui alteri ullo modo, anno vero redemptionis redditus curiarum in Dn. Boecio consequentur[?]. Sig. meum cum sig. virr. nobilium Dn. Olavi Biørnsen M. et Goskalci Henningsen. Datum in vig. Mathei.

[Orig.] Afskr.: Kall 4to, 404 og [ex apographo Frankenavii, »ex codice Reseniano caps. VI, ord. 3 in 4to, Nr. 29«]: LDipl. [3269

a) Fattes i Afskr. i LDipl.

Okt. 15. »Geto Benedictsons advocatz i Skåne tingzwetne innehållande Edela Constantini dotters ath Bosjö closter donation på een wattuquarn i Æmmislöf, dat. sabb. post f. Dioniisii«.

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 61. [3270

Nov. 22. Frater Petrus¹ commendator Ripis ordinis b. Johannis Jherosolomitani, Laugho Deghen², Marquardus de Bøtteløf³, Cristiernus Vrnæ, Cristiernus Skyttæ⁵, Stephanus Liuelß et Andreas Toobß.

Ad notitiam deducimus, quod fer. 3. ante f. Clementis in nostra presentia Hennekinus Spandogh A. condendo testamentum suum et proferendo suam ultimam voluntatem legavit et dedit capitulo ecclesie Ripensis omnia bona in Mæthilby par. Farthorp cum fructibus exstantibus, per Frethericum Spandogh fratrem suum emptione acquisita et sibi per Odburgam ejusdem fratris sui relictam pro 10 mr. argenti, quas Hennekinus eidem Odburge servandas commisisset et in deposito apud ipsam habuisset, prout ipsa coram fidedignis pluribus fatebatur, sub modo pigneris dimissa, vel loco illorum bonorum, si capitulum ea pacifice nancisci non poterit obstantibus quorumcumque impetitionibus, predictas 10 mr. argenti sub conditionibus, quod capitulum diem anniversarium obitus sui in missis et vigiliis juxta consuetudinem ecclesie Ripensis faciat per supposita dicti capituli Ripis residentia observari. Sig. nostra. Actum et datum Ripis etc.

Perg. med [7] Segl: 1. G. 504 (S' FRATRIS PETRI WBYSS'). 2. A. 793 (S' LAGHONIS PETRIS'; Skram); 3. A. 794 (S' MARQOARDI BYT. EL); 5. A. 795 (S' KERSTIANI KETEL). Ribe Kapitels Arkiv (RA.). — Hertil 2771. [3271]

Dec. 5. Nos Swm filius Guzslai Swm M. pie recordationis et Swm filius ejusdem Swm recognoscimus, quod obligamur Dn. Nicholao Roskildensi episcopo 200 mr. sundensium denar., nobis in una summa presentatas, pro quibus ei ex curia nostra Clementenitze sita in terra Rugye circumfluxa in par. Zagharde in prox. f. Martini [*osv. som 3043*]. Pro quibus observandis nos Swm filius Guzslai Swm M. et Swm filius ejusdem Swm et Nicolaus Swm de Varnekenitze, Thidericus Swm de Keyseritze nostri patrum, Hinricus de Rode, Nicolaus Wuzceke filius Nicolai Wuzceken senioris, Otto Wustenye et Nicolaus Datzeke famuli compromittimus nostris sub sig. Datum et actum in curia Raleswiik in profesto Nicolai.

Perg. med [9?] Segl: 2—4. Roskilde Bisp Arkiv (RA. Rygen til Rosk. Stift 24). LDipl. [3272]

Dec. 13. Brev af Konrad, Nuntius for Antoniibrødrene.

[Orig. Dalum Kl. Arkiv.] Udtog af Hamsfort: *SRD. I, 314* (er der her nyttet flere Breve?). [3273]

Dec. 20. *Reg. 2732.* Perg. med [8] Segl: 4. (Forsiden fattes); 5. G. 1027 (S' NICO... IA...; Finkenov); 6. A. 796. Kongens Arkiv; *ÆA. I, 37* (RA. Løve H. 149). *Suhm XIV, 515.* [3274]

Dag? »Eth permendtz adkomme paa then gaard y Wester Alling under sin Datum 1379«.

[Orig.] Reg. over Breve paa Estrup 1568 (RA.) C4. — Jfr. 2882.

[3275]

Brevbøger: Ribe Kapitel: *Oldemoder 117* (Sept. 10). — Æbelholt: *SRD VI, 172* (Okt. 3). — Løgum: *SRD. VIII, 7* (Aug. 20).

Registraturer: Kongen: se 3274. — Lunde Ærkebisp: *ÆA. IV, 342.* — Roskilde Bisp: *ÆA. III, 333, 350.* — Aarhus Bisp: *ÆA. II, 150.* — Antvorskov: *ÆA. IV, 111, 220, 235.* — Næstved Peders Kl.: *SRD. IV, 402.* — Roskilde Agnete Kl.: se 3281. — Sorø: *SRD. IV, 509* (Sept. 28). — Maribo: *ÆA. III, 274.* — Viborg St. Hans Kl.: *ÆA. II, 375.* — *Elise Gøyes Jordebog 120* (Jan. 1), *171* (Marts 20), *170* (Maj 25), *120* (Aug. 8), *317* (Dec. 18), *317* (Dec. 21), *316* (Dec. 23).

1380.

Jan. 5. Margareta regina. Noverint universi, quod nobili et honesto viro Hennichino Olafsß omne jus super bonis in Hembæk, quod ad nos pertinere dinoscitur, prout pater noster ea a Johanne Skyttæ prius optinebat et tenuit, dimittimus. Sig. nostrum. Datum Hølebek in vig. epyphanie dni.

Perg. [med 1 Segl]. (RA. Tudse H. 89.) LDipl. [3276]

Jan. 19. Sweno Saxstorp decanus Lundensis², Johannes Hennikini proconsul, Thrugillus Petri, Petrus Kempæ et Tythekinus Høviskæ, cives Lundenses. Testamur, quod fer. 5. post oct. epyphanie in placito civili Lundis vir discr. Gerekinus Særginsß¹ concivis noster 2 tabernas mercatorias in par. b. Marie minoris ex opposito consistorii ad orientem sitas ac curie Petri Skrædere ad occidentem contiguas cum fundis et structuris ad fabricam ecclesie Lundensis in sinum Dn. Petri Johannis canonici Lundensis, tutoris ejusdem fabrice, vendidit et scotavit. Sig. nostra cum sig. ejusdem Gerekini. Datum etc.

Perg. med [6] Segl: 1. Bomærke i Skjold; 2. G. S. 5. Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.). (Reg. *3051.) [3277]

Jan. 20. »Claus Soldes advocatz i Malmo, Alberti Nicleson proconsulis, Hennekinus Åkeson, Jacobi Anderson, Laurentii Æglæ, Hemming Pætarsons, Olai Ondersons, consulum, uthgifne wetnesskrifft, det Petrus Nicleson consul och Efrard Blanckensten concivis, kyrckiovärder till s. Päders kyrckia i Malmöe, bortsälde een förnefnde kyrckios bod liggiandes i Malmöe öster i staden, som kyrekian hade köpt af skipper Lasze, dat. d. 20. januarii.

[Orig.] Specifikation, Adskillige Kirker Nr. 16. [3278]

Jan. 21. Petrus Jensß de Algitstorp Falstrie. Notum facio, me de voluntate mee matris Dn. Katerine cum meo germano Nicholao Jensß de Vgstorp Lalandie divisionem juxta arbitrium amicorum nostrorum ratione nostri matrimonii infra terras Lalandie et Falstrie situati, nobis per matrem meam pronunc viventem resignati, inivisse, ita quod ego fratri meo Nicholao omnia bona nostra matrimonialia, scil. curiam Vgstorp cum omnibus bonis nostris maternis in par. Slymynge et Lalandia, adjectis bonis nostris maternis in villa Scovby Falstrie ratione aliorum bonorum nostrorum maternorum, michi in

par. Kippingæ et villa Ormstorp Falstrie per Nicholaum in recompensam remissorum, prout littere sue aperte exprimunt, scoto. Sig. meum cum sig. virr. discr. Nicholai Kraghe et Absolonis Magnesß. [Datum] die Agnetis.

Perg. [med 3 Segl]; Paaskrift fra o. 1500: Fru Katerine Skawess hendes Sønners Skiftebrev. (RA. Nørre H. Falster 10.) LDipl. [3279

Febr. 11. *Reg. 2733**. Perg. med [1 Segl og] Kancellipaaskrift. Senere (jfr. 1382^{2/2}) til Roskilde Kapitels Arkiv (Nicolai Alter) (AM. XLIV, 1). *Kolderup-Rosenvinge, Bem. om Part 14.* — Samtidig eller lidet yngre Afskr. paa Papir: AM. XLIV, 2. [3280

Marts 7. Henningus Podboz¹ M., dapifer regni Dacie, consorsque sua Gysle. Noveritis, nos bona sororum ordinis s. Clare Roskildis in Gæshøwæ in Valburgs H., exceptis oblationibus ecclesie, que ad usum fabrice earum ecclesie sunt deputate, conduxisse cum conditionibus infrascriptis: in primo anno 6 talenta annone, $\frac{1}{2}$ lagenam butiri, 1 lagenam alecum, secundo anno 8 talenta annone, $\frac{1}{2}$ lagenam butiri, 1 lagenam alecum, tertio anno 1 lestam annone, $\frac{1}{2}$ lagenam butiri, 1 lagenam alecum, quarto anno 14 talenta annone, $\frac{1}{2}$ lagenam butiri, 1 lagenam alecum, quinto anno 16 talenta annone, $\frac{1}{2}$ lagenam butiri, 1 lagenam alecum, sexto anno 18 talenta annone, $\frac{1}{2}$ lagenam butiri, 1 lagenam alecum, quolibet anno medietatem hujus annone in siligine et medietatem in ordeo, nos obligamus exolvere infra f. Andree. Si aliquo anno in solvendo defecerimus vel quando nos mori contigerit, edificia dictis bonis per nos seu ante nos inposita dictis sororibus libere cedant. Datum 4. fer. post dnicam. medie quadragesime nostro sub sig.

Perg. med 1 Segl: A. 520. Roskilde Claræ Kl. Arkiv (AM. LVIII, 22). LDipl. [3281

Marts 11. Nicolaus episcopus Roskildensis. Noveritis, nos Dn. Margarete regine necnon nobili viro Conrado Molteke capitaneo castri Worthingeborgh partem meridiionalem civitatis Roskildensis, videl. trans plateam regiam et communem a porta orientali, que Røthoport dicitur, usque ad portam occidentalem, que Bothulfskirkæport dicitur, a prox. f. pasche ad 6 annos subsequentes cum omni jure regio, prout nobis competit in illa parte civitatis ratione inpignerationis nobis per Dn. Olauum regem facte, annuisse, et volumus totam residuam partem civitatis cum omni jure regio nobis retinere, ceterum bona omnia ecclesiastica ab omni jure regio libera sint; quicumque de parte ipsis pronunc dimissa ad residuam partem nobis reservatam habitando venire voluerit, sine omni impedimento se transferat secundum leges municipales civitatis, et simili modo partem nostram

inhabitantes faciant, si ad aliam partem voluerint se transferre. Elapsis dictis 6 annis dicta pars civitatis ipsis nunc dimissa cum omni jure regio ad nos, sicuti per Dn. Olauum regem nobis inpignerata est, revertatur. Sig. nostrum cum sig. capituli nostri². Datum Roskildis dnica. passionis.

Perg. med [2] Segl: 2. G. 193. Kongens Arkiv; *ÆA. IV*, 7 (RA. Roskilde 36). LDipl. [3282]

Marts 11. Margareta regina et Conradus Molteke capitaneus castri Worthinburgh. Recognoscimus, Dn. Nicolaum episcopum Roskildensem partem meridionalem [*osv., svarende til 3282*]. Sig. nostra. Datum dnica. passionis.

A. Perg. [med 2 Segl]; Arkivpaaskrift: »Registrata est in Semehæret«. Roskilde Bisps Arkiv (RA. Sjæll.-Møn 134). LDipl. — Aa. Vidisse af Kristjern II, 1515 Juli 9 el. 16 (Mand. før Margarethe Dag). Perg. Samme Arkiv (RA. Sjæll.-Møn 135). [3283]

— »Magni archiepiscopi attest., det hans antecessor bortskänkt till Michael Ingemarson een gård uti beatæ virg. minoris sochn [*se 3121*], dat. 2. [*sic*] dnica. passionis«.

[Orig.] Specification, Acta privata Nr. 87 B. [3284]

Marts 22. Nicolaus episcopus Roskildensis. Constare volumus, nos virum nobilem Hennichinum Olæfß et Dn. Ingeburgem uxorem suam pro omni debito, quod nobis Ericus Niclesß ratione pensionis de exactione nostra Awæthæruth tenebatur, ac pro omnibus aliis injuriis nobis per eum illatis, in quantum Hennichinum et uxorem suam Ingeburgem jure hereditario concernit, quittos dimisisse. Secretum nostrum. Datum in cena Domini.

Perg. [med 1 Segl]. (RA. Lyng-Kronborg H. 42.) LDipl. [3285]

Marts 26. Nicolaus Jønsß de Klepstroplund. Noveritis, me discr. viro et honesto Petro Andree dicto Munk 3 bona mea wlgariter dicta bool, 1 edificatum et 2 desolata, in Dyurdorp ex parte occidentali fluvii pro 3 mr. puri, videl. albis denariis, sterlingis et lubicensibus, in placito Hornu H. fer. 2. pasche per 3 annos inpignorasse, ita quod infra 3 annos redimi non debent. Quando circa f. pasche Nicolaus Jønsß bona redimere voluerit, antea placito ante f. Andree dicto Munk debeat intimare. Si Munk bona edificiis melioraverit, stabit ad dictum duorum suorum amicorum. Sig. meum cum sig. virr. discr. Rutgeri sacerdotis in Woxløue, Tukonis Thorberni necon Yuari Nicolai de Truelstorp. Datum fer. 2. pasche.

[Orig. med Segl. Senere til Kongens Arkiv.] Vidisse 1414 Apr. 15. LDipl. [3286]

Apr. 1. Gotscalcus Hemmingsß dictus Dyækn¹. Noverint uni-

versi, me Dn. Nicolao episcopo Roskildensi in 10 mr. argenti esse obligatum prox. f. pentecostes persolvendis, pro quibus sibi omnia bona michi per nobilem Dn. Gertrudem impignerata, videl. in Swinging 1 curiam (Nicolaus Jenß cum uno inquilino, 4 pund annone), ibid. 1 curiam ($\frac{1}{2}$ lagena butiri), in Hønsinge 1 curiam (4 pund annone) cum conditionibus in litteris, michi per Dn. Gertrudem datis, contentis impignerō; redditus bonorum, quousque in dicto termino redimantur, sublevabit annuatim. Sig. meum cum sig. nobilium virr. DDn. Jacobi Olæff², Olai Lungæ³ et Thuronis Knutß, MM. Datum dnica. quasimodogeniti.

Perg. med [4] Segl: 1. A. Skjold med 2 kryslagte Ørnekløer; 2. A. 797 (Lilje-Lunge); 3. A. 528 (Lilje-Lunge); Paaskrift: Prebenda Otz H. habet ista bona. Senere i Roskilde Kapitels Arkiv (RA. Ods H. 11). LDipl. [3287]

Apr. 4. Ich her Erik Holk R. bekenne, dat ich eneme erliken manne Zegheboden Crummendike hebbe vorkoft de mølenstede to Rodorpe unde de wurth unde den stroem myt invløthe unde myt utvløthe unde mit aller vrigheith, alz ich unde mine voruaren dat hebben beseten. Min inghezeghel. Screuen unde gheuen in Ambrosius daghe.

Perg. (Plica mangler). (Gem. Arch. XXIV, 169.) [3288]

Apr. 9. Kbhvns. Bythingsvidne om Skøde til Præsten Marqward.

[Perg. [med Segl]. Senere i København Kapitels Arkiv.] Afskr. af Langebek 1750: LDipl. *Kbhvns. Dipl. IV, 15.* [3289]

Maj 5. *Reg. 2734.* Perg. med 1 Segl: A. 520. (RA. Ribe Købstad 18.) *Suhm XIV, 519.* [3290]

Maj 31. Nos frater Joannes episcopus Schlesvicensis recognoscimus, quod nos habita deliberatione cum canonicis et capitulo ecclesie nostre et de consensu eorundem Dn. Thorstano Nicolai canonico antedictæ ecclesie propter certa sua servitia decimas nostras episcopales capelle b. Marie virginis in Hovetofft sollempni stipulatione interposita donamus, quousque vixerit in humanis. Sig. nostrum cum sig. nostri capituli. Datum Rome in profesto Nicomedis.

[Orig. med Bispens og Kapitlets Segl. Slesvig Kapitels Arkiv.] Stadfæstelse 1383 Juli 23. [3291]

Juni 8. *Reg. *3056.* Perg. med [12] Segl: 11. A. 798 (. . . Al HINRICI . . .); 12. A. 799 (S' JOHANNIS H[ASE]NDORP). (RA. Lykkesholm 2.) *Matzen, Panteret 473.* — Jfr. 1381 Juli 31. [3292]

Juni 11. Gavebrev af Mereth Matthisdaatter.

[Orig. Brænderup Kirkes Arkiv.] Udtog: Thott 4to, 1424. *Kirkeh. Saml. 4 R. III, 143.* Et Udtog i Vends Herreds Provstebog af 1572, trykt *sstds.*, har 1383. [3293]

Juni 29. Daud Tyghesøn villanus in Hælsinborgh. Noverint universi, me viro discr. Nicolao Winter civi Lundensi quandam curiam Lundis sitam (Henricus Hermensß, civis ibidem) omnibus conditionibus, quibus michi post mortem honorabilis viri Michaelis Pethersß, proconsulis dudum Hælsinborgh, jure hereditario cum uxore mea adolvebatur, pro 6 mr. puri vendidisse, obligans me ad scotandum prefato Nicolao curiam. Sig. meum cum sig. virr. discr. Laurentii Skytte, Nicol[aj]i Gunnersß, AA., Johannis Skytte proconsulis Hælsinborgensis et Torberni Brun consulis ibid. Datum die Petri et Pauli.

[Orig. Senere (jfr. 1419^{3/2}) til Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 140. LDipl. [3294

— Hemmingus Tuuonis, Nicolaus Tuuonis², fratres, et Ebbo Jacobi³ de Østhrep. Noveritis, nos Billæ Jacobi de Sasserp omnia bona nobis post mortem Katerine Pætersdoter hereditarie advoluta, sita in Myrløsæ H., redimendi potestatem dedisse, quousque ipsa bona per nos ab ipso redimantur. Insuper eidem Bille super aliis bonis, nos post mortem predictæ Katerine contingentibus, alloquendi et sub manibus in ipsis bonis habitantium necnon ad usum nostrum convincendi de occupantibus sit facultas. Sig. nostra. Datum in die Petri et Pauli.

Perg. med [3] Segl: 2. A. 800 (Baad); 3. A. 801 (Lilje-Lunge). (RA. Merløse H. 165.) LDipl. [3295

Aug. 24. »Luciæ Åkesdotters uthgifna donationsbreef åth fornefnæ closter på een gård liggjandes i Öhlesiith i Skipperlöf sochn, dat. die Bartholomæi«.

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 62. [3296

Aug. 31. Kardinal Pileus, pavelig Nuntius til Tyskland, Danmark, Sverige og Norge, afkræver Bispen og Kapitlet i Ribe 150 Floriner som Rejsegodtgørelse for 6 Dage, under Henviisning til Pavebulle 1378 Sept. 29 (*Reg. *3022*)^a.

Perg. [med 1 Segl]. Ribe Kapitels Arkiv (RA. Ribe Bisp 171). LDipl. [3297

^a) Brevet er ligelydende med Skrivelse til Ærkebispen af Upsala, Sv. Riksarch. Pergamentsbref I, 471.

Sept. 21. Jacobus Olavi M. Noverint universi, me a Dn. abbatisse monasterii b. Clare totoque conventu ibid. omnia bona sua in Aluersløf et Thyrnehowæth in Boræs H. a prox. f. Michaelis et ad 6 annos conductive recipisse; eisdem quolibet anno 8 sol. grossorum infra f. omnium sanctorum exsolvam, nisi per inimicos regni fuerint desolata; hoc addito quod potestatem habeam familiam in eisdem instituendi et destituendi redditusque sublevandi. Si interim contigerit me decedere, ipsa bona abbatisse et conventui cedant libere. Sig. meum cum sig. filii mei Folmeri. Datum die Mathee.

Perg. [med 2 Segl]. Roskilde Claræ Kl. Arkiv (AM. LVIII, 24).
LDipl. [3298]

Sept. 26. *Reg. *3063.* [A. Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Aa.
Afskr.: Lundebogen S. 109. *Rietz, Skånska skolväsendets hist. 199.*
— Ab. Vidisse 1382 Sept. 7. [3299]

Sept. 29. »Luciæ Åkesdotter Constantini efterleverskas åth sin
mågh Lars Pætharson af Natfaratorp uthgifne skiöte eller säljobreef på
een gård i Näszy i Willandzhäradt och twenne ödegrundar i Skräplinge
i Odenshäradt, dat. in f. Michaelis«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 82. [3300]

— Johannes dictus Quatz¹ villanus Hafnensis. Recognosco, me
viro discr. et honesto Magno Lang civi Roskildensi in 20 mr. argenti
in bonis albis denariis, quorum quilibet valet 4 bonos concavos lu-
bycenses, teneri obligatum, pro quibus eidem omnia bona mea Ros-
kildis in par. b. Michaelis a boreali parte b. Michaelis ecclesie et
platee regie et communis, videl. a domo lapidea et curia, quam Dn.
Ethlæ nunc sub ordinatione sua habet, et ad tabernas ecclesie pre-
dicte, item a pomerio fratrum predicatorum et ad plateam prius dic-
tam, cum domo lapidea, domo dicta Lerhus ac aliis domibus et fun-
dis ab isto die et ad 4 annos inpignerero pro suis usibus ordinanda, et
Magnus redditus in hiis 4 annis et singulis annis sequentibus levabit,
donec bona die Michaelis redimantur. Si puteum nunc totaliter de-
structum aut aliqua alia edificia melioraverit, aut si edificia nunc
constructa incendio vel alio casu perierint et per Magnum reedificata
fuerint, illa edificia secundum arbitrium 4 virorum discretorum utrim-
que sumendorum termino redemptionis redimantur, antequam summa
principalis persolvatur. Si aliquanta pecunia de predicta summa in-
fra debitum terminum solutionis fuerit persoluta, illa pecunia termino
redemptionis de summa principali defalcetur. Quandocumque bona
redempta fuerint, 8 sol. grossorum per me nunc pro edificiis putei
reedificandi Magno expositi in sumptibus edificii putei defalcetur.
Sig. meum cum sig. virr. discr. Nicolai Petri dicti Snyøfugl² et Jacobi
Skrædære³, civium Roskildensium. Datum die Michaelis.

Perg. med 3 Segl: 1. Skjold, delt med halv Ørn og Søblad; 2.
Skjold med halv Ulv; 3. Bomærke. (RA. Roskilde 194.) LDipl. — Jfr.
1389 Nov. 24. [3301]

Nov. 7. »Jacobi Pätarsons borgares i Lund åth sin medborgare
Ggunni Torstenson gifne sälje eller skiötebreef på een gård liggjandes
i Lund i s. Nicolai sochn, som han sielf bebodde, och war ett steenhuus
med der tilhörige grund, dat. profesto Villehadi«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 83. — Jfr. 2975 og 1381
Apr. 29. [3302]

Nov. 10. *Reg. 2737.* [Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 257. *Suhm XIV, 519.* Udtog af *M. Matthiæ, Episc. Lund. 163* (= *Hvitfeld, Bispekrøn. Bl. Viii, Fol. 79.*) — Findes ogsaa i Lovhaandskrifter. [3303]

Nov. 11. Gyncelinus Gyncekesß de Falkedalæ. *Recognosco, me viro discr. et honesto Dn. Jacobo Thorstani dicto Falster canonico Roskildensi omnia bona mea in Agherop in Sæmæ H. (Petrus Aghesß), que post mortem Gyncelini [!] senioris patris mei jure hereditario acquisivi, vendidisse et plenum pretium sublevasse. Obligo me ad scotandum Dn. Jacobo bona infra prox. f. purific. virg. Roskildis in placito Sæmæ H. Si bona propter defectum appropriationis mee a Dn. Jacobo vel ab illo, qui bona ab ipso juste acquisierit, fuerint alienata, obligo me ad observandum ipsum indempnem infra annum. Sig. meum cum sig. virr. discr. Nicolai Petri dicti Snøfugl², Magni Ynguari et Willelmi Hemmingi, civium Roskildensium. Datum die Martini.*

Perg. med [4] Segl: 1. (Stump); 2. se 3301, 2. (AM. XXI, 34.) LDipl. [3304]

Nov. 14. Nicolaus episcopus Roskildensis. *Noveritis, nos de provido viro Ebbone Jacobsß plenam pensionem de exactione nostra Øøstørp a primo tempore, quo dictam exactionem a nobis habuit, usque ad f. Michaelis nunc futurum habuisse. Datum nostro sub secreto crast. Briccii.*

Perg. [med 1 Segl]. (AM. LVIII, 23.) LDipl. — Jfr. 3093. [3305]

Dec. 2. *Hofman, Fundat. IV, 459 (Reg. 2738).* Se 1389 Nov. 30.

Dec. 13. Benedictus Byug de Gunnersleholm M. *Noveritis, me Dn. Nicolao Rusere canonico Roskildensi curiam meam Roskildis extra portam orientalem in par. s. Petri sitam, michi et Hennichino Olafß ex parte conjugis sue Dn. Ingeburgis per mortem Erici Niclesß de Hyrningsholm hereditatis titulo contingentem, cujus medietatem ab Hennichino Olafß memorato emi, quam curiam Andreas Niclesß pronunc inhabitat, cum domo lapidea et aliis edificiis vendidisse et scotasse, recognoscentem me plenum pretium sublevasse. Insuper ipsi Dn. Nicolao omnes litteras, quas super dicta curia habuit Ericus Niclesß, una cum litteris, quas super ejusdem curie medietate de Hennichino Olafß habeo, resigno. Si ipsa curia a Dn. Nicolao evicta fuerit, me ad satisfaciendum ipsi pro dampno, quod ratione hujusmodi evictionis incurrerit, secundum 4 amicorum ex utraque parte electorum arbitrium infra quartale anni post hujusmodi evictionem obligo. Sig. meum cum sig. nobilium DDn. Petri Jenß² et magistri Petri Lykke, canonicorum Roskildensium, Petri Vffeß et Jo-*

hannis Vffeß, germanorum, Griib Gunnerß et Andree Griis, AA. Datum die Lucie.

Perg. [med 7 Segl: 2. G. 229 (jfr. S. 88); 7. Nævnt i LDipl.]. (AM. LVIII, 25.) LDipl. [3306]

Dec. 27. Ranguald Eringislaß og Peter Rangwaldzß kundgør, at vi alt vort Jordegods, som vi i Wardhbogs »føghæti« ejer, som er Fastathorp i Toakers Sogn, til ærlig Mand Habram Brodersß til Pant sætter for 20 lødige Mk., dertil vi genløser det af ham. Vore Indsegl. Datum Bawahus tertia die natalis dni.

Perg. [med 2 Segl]. (Upsala Universitetsbibliothek; fra Arkivet paa Eka.) [3307]

Uden Dag. *J. A. Cypræus, Ann. 362.* Se 1386 Maj 1.

Brevbøger: Løgum: *SRD. VIII, 211^a* (Sept. 14), 167 (Maj o. 13).

Registraturer: Kongen: *ÆA. I, 44, 146* (2 Breve), *IV, 22*; se ogsaa 3282-83. — Roskilde Bisp: *ÆA. III, 318, 318, 320, 320, 322, 322, 323, 327, 328, 329(?)*, 336(?), 373. — Viborg Bisp: *ÆA. II, 245*. — Børglum Kapitel: *ÆA. III, 89, 90*. — Antvorskov: *ÆA. IV, 235(?)*, 250. — Sorø: *SRD. IV, 493* (Apr. 18). — Maribo: *ÆA. III, 291*. — Vestervig: *ÆA. III, 141*. — Øm: *ÆA. I, 232*. — *Eline Gøyes Jordebog 317* (Jan. 11), 318 (Juli 1), 103 (Nov. 12).

a) I Haandskriftet synes Aaret 1380 dog rettet (til 1371 eller 1379?).

1381.

Jan. 7. Proconsules, consules ceterique cives Wibergenses. Noverint universi, quod in placito civili post epiphaniam dni. Jacobus Jensß Petro Jensß concivi nostro omnem partem sibi justo[!] hereditario post mortem matris sue in 1 curia advolutam apud semiterium b. Johannis in occidentali parte scita nec non omnem partem suam tam in mobilibus quam immobilibus vendidit et scotavit, recognoscens se in eodem placito plenum pretium sublevasse. Sig. nostre civitatis¹. Datum *etc.*

A. Perg. med Byens Segl. Senere (jfr. 1406 ^{15/4}) til Kongens Arkiv (RA. Nørrejyll. 121 e). LDipl. — Aa. Vidisse 1414 Maj 3. — Jfr. 1406 Apr. 15. [3308]

Jan. 15. Magnus archiepiscopus Lundensis. Constat volumus, quod crast. Felicis in Pincis in camara nostra Lundis coram nobis nobilis vir Esgerus Brok de Hikkebyærghe A. curiam suam in Tranathorp in Syndraasbo H. ad fabricam ecclesie nostre Lundensis juxta testamentum Dn. Cecilie uxoris sue donavit ac in manus Dn. Petri Johannis canonici nostri Lundensis, fabricæ procuratoris, scotavit tali conditione, quod procuratores fabricæ anniversarium Dn. Cecilie in choro Lundensi faciunt celebrari. Sig. nostrum. Datum *etc.*

Perg. [med 1 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.). (*Reg. *3070.*) [3309]

Jan. 19. *Reg. *3071.* Perg. med Retterthingsseglet og Kancellipaaskrift. (RA. Skippinge H. 90.) *Matzen, Panteret 476* (Ordene; *Johanne Hemingson* osv. indtil *militibus* skal udslettes). [3310]

Jan. 25. Hyldebrand dictus de Erler¹. Noverint universi, quod curiam juxta curiam Martini Holstes ad meridiem in Berbygade sitam cum fundo, domo lapidea et aliis edificiis, michi per Hennichinum Albrethß impigneratam pro 12 mr. argenti, prout in litteris super hoc datis continetur, viro discr. Hinze Vinke pro eadem summa, litteris apertis et conditionibus super hoc confectis, impignero. Datum sub sig. meo die convers. Pauli.

Perg. med 1 Segl: Bomærke. Senere (jfr. 1399 ^{19/11} og ^{15/12}) til Kongens Arkiv (RA. Slagelse 20). LDipl. under 1381 ^{10/8}. [3311]

— Otto Skaacth A. Constare volo, me nobili viro Dn. Benedicto Bywg M. in 200 mr. argenti sub coloniensi pondere super omni estimatione sibi juxta litteras apertas jure regio secundum leges terre estimata teneri obligatum, die placiti generalis Syellendensis infra oct. pasce prox. in prompto argento vel denariis eque bonis argenteis persolvendis, pro quibus 200 mr. puri et estimatione ipsi omnia bona mea in Byærby et Myrkowe et omnia alia bona michi matrimonio meo contingentia necnon omnia alia bona, que postmodum aliquo modo vel jure hereditario contingi poterint, impignero. Si in dicto termino argentum solutum non fuerit, omnia bona predicta Dn. Benedicto jure obligationis per modum forwædelsæ nunquam revocanda cedant, resignans Dn. Benedicto omne jus, quod michi unquam contingi poterit in bonis meis propriis, matrimonialibus vel aliquibus aliis. Litteras etiam omnes Dn. Benedictum super bonis in Gunnersløff et aliis bonis suis quibuscumque tangentes, si amodo invente fuerint, de quibus sibi aliquid dampni fieri poterit, adnichilo. Sig. meum cum sig. nobilium Dn. Hinrici Jensß, Dn. Boecii Dyvræ, MM., Johannis Offæß, Jacobi Nielsß de Syødorp, Andree Griis et Nicholai Bofß. Datum die convers. Pauli.

[Orig.] Afskr. fra 15. Aarh., se 2925. — Jfr. 3323. [3312]

Febr. 20. Magnus archiepiscopus Lundensis. Constare volumus, quod fer. 4. ante cathedram Petri in curia nostra Hørby coram nobis discr. vir Petrus Tubbesß de Syndratodh in Frosta H. omnia bona sua ibid. in remedium animarum sue et uxoris sue ad fabricam nostre Lundensis ecclesie donavit et in manus Dn. Suenonis Saxthorp decani nostri Lundensis, fabrice procuratoris, scotavit hac conditione, quod Petrus et uxor sua in bonis, quoad vixerint, residendi habeant facultatem, pro annuo censu 1 sol. grossorum ad fabricam soluturi. Sig. nostrum. Datum etc.

Perg. med 1 Segl (uden Forside). Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.).
(Reg. *3072.) [3313]

Marts 2. Katerina Eriksdætter relicta Erici Rynd. Notum facio, quod Cristierno Astrethß cognato meo bona mea in Holmbomoz H. in par. Garslof, videl. curiam Wrngaarth et opidum Myrkholt, pro 10 mr. argenti impignerò; quandocumque bona in f. Michaelis redimere voluero, Cristierno in placito Holmbomoz H. ante f. Johannis bapt. predicere debeo. Si bona cum edificiis aliquibus melioraverit, pro illis ipsi juxta dictamen 4 amicorum nostrorum utriusque satisfaciam. Datum meo sub sig. cum sig. Cristierni Wrnæ² fratris mei, Dn. Olavi archidyaconi Ripensis, Johannis Tammisß, Eghardi Klekamp, Detmari Tydmanß et Cristierni Frelloffß sabb. ante dnicam. invocavit.

Perg. med [7] Segl: 2. A. 802. Senere (jfr. 1437^{5/4}) til Ribe Kapitels Arkiv (RA.). — Jfr. 1389 Sept. 15. [3314]

Marts 22. Urbanus servus servorum dei archiepiscopo Lundensi. Exhibita nobis nuper pro parte priorisse et conventus monasterii s. Agnetis Roskildensis petitio continebat, quod Etra Jesekes mulier Roskildensis diocesis Roskildensis quoddam manerium cum 1 molendino in diocesi consistens et nonnullæ aliæ persone nobiles et potentes dicte diocesis multa alia bona ad monasterium pertinentia contra justitiam hætenus occuparunt et detinent in animarum suarum periculum et monasterii prejudicium. Quare pro parte priorisse et conventus, quibus licet habere proprium in communi ex indulto sedis apostolice speciali, nobis fuit supplicatum, ut providere ipsis super hiis dignaremur. Nos igitur fraternitati tue mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, omnia, que de bonis monasterii alienata inveneris illicite vel distracta, ad jus monasterii, appellatione remota, revocare procures, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes, qui fuerint nominati, si de gratia, odio vel amore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere, non obstantibus tam Bonifacii pape VIII, in quibus cavetur, ut cum ejusdem civitatis et diocesis fuerint actor et reus, extra illas causa auctoritate litterarum sedis apostolice nisi in certis exceptis casibus non committatur, nec conveniatur aliquis eorundem, seu ne iudices a sede deputati predicta aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem evocent vel ant, ac de personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, et de 2 dietis in concilio generali quam aliis constitutionibus apostolicis contrariis. Et insuper priorisse et conventui ex parte [monasterii] inhibeas, ne illa, que de hujusmodi bonis ad pro-

prietatem monasterii reducentur, vel alia de rebus et bonis monasterii aliquibus personis concedere vel ad longum tempus locare aut aliquo modo alienare presumant. Datum Rome apud s. Petrum 11 kal. aprilis pontific. nostri anno 3.

[Orig. Roskilde Agnete Kl. Arkiv.] Afskr.: Bartholin H, 339. LDipl. under 1365 ²²/₃. — Dateringsstedet viser, at Brevet er udstedt af Urban VI; Urban V var ikke i Rom 1365 (derimod nok 1367, hvorfor *Suhm XIII*, 598 har henført Brevet til dette Aar, uden Hensyn til det modstridende Paveaar). — Jfr. 1384 Febr. 7. [3315]

Marts 31. *Reg. 2741.* Perg. med [8] Segl: 1-4, 6-8 (svenske); et Tillæg er skrevet paa en særskilt Seddel. der sigillatorisk er fæstet til Hovedbrevet. Senere i Kongens Arkiv (RA. Sverige 19). *Suhm XIV*, 521; *Rydberg II*, 451. Dansk Oversætt.: *Hvitfeld IV*, 28, *Fol. 566*. [3316]

— Nos Gisla¹ uxor Dn. Henningi de Pudbuske M., regni Dacie dapiferi. Ne ea, que fuerint in tempore, pereant in tempore, necesse est ea literis confirmari *etc.* Hinc est, quod deducimus, quod de consensu nostri mariti necnon liberorum nostrorum et amicorum in honorem dei et Marie virg. ad quandam perpetuam vicariam in cappella nostra Pudbuske dudum constructam fundandam et ibidem altare ejusdem cappelle officandam in honore s. trinitatis assignamus 30 marcarum redditus sundensium denar. annuatim in curia et bonis Kabelowe in terra Rugie in par. Posevitze Roskildensis dyocesis situatos, a viro discr. Nicolao Svm famulo rite per nos comparatos seu emptos, cum omni jure et dominorum libertate, prout in literis apertis dicti Nicolai plenius continetur, ita quod nos et nostri heredes in eisdem 30 mr. redditibus non reservamus nisi jus patronatus predictae vicarie in perpetuum heriditando sexus utriusque. Nostrum sig. cum sig. nostri mariti necnon nostrorum liberorum Dn. Tetsonis Lundensis Roskildensis ecclesiarum canonici, Johannis, Pridbori⁵ et Boranthonis⁶. Datum et actum in castro Korsøer Roskildensis dyocesis dnica. judica.

Perg. med [6] Segl: 1. A. 897 (S' DNE GYSLE DE PVDBVTZKE; Podbusk); 3. (Forsiden afsprunget); 5. Skjold med Podbuskvaaben; 6. (Podbusk; forskelligt fra A. 900). Roskilde Bispv. Arkiv (RA. Rygen til Rosk. Stift 24b; tidligere AM. XXII, 1). LDipl. [3317]

Apr. 11. Olauus rex. Noveritis, quod heredibus Michaelis Pethersß villani in Helsinborgh curiam Lundis sitam, sibi per Henricum Hermensß pro 12 mr. argenti impignoratam et statuto inter eos termino non redemptam ac ipsi M. per 4 litteras avi nostri Dn. Waldemari regis adjudicatam, in cuius corporalem possessionem per 4 discretos introductus est, adjudicamus, donec ab ipsis redimatur, huic cause perpetuum silentium imponentes ac precipientes *etc.* Datum Roskildis sub sig. nostro ad causas cena dni., teste Nicolao Draghæ justitiario nostro.

[Orig. Senere (jfr. 1419 ^{3/2}) til Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.:
Lundebogen S. 140. — Jfr. 1381 Maj 13. [3318]

Apr. 12. Magnus Jenss. Noverint universi, quod obligo me istas placitationes stabiliter tenere, primo quod Dn. Cristernus Wændelbo M. curiam Thrutzholt in sua possessione habeat cum omnibus bonis adjacentibus exceptis illis bonis in par. Vdbynæther sitis pro hoc, si me vel servitores meos a nostris captivationibus redimeret aut pro pecunia aut vi aut placitationibus, extunc ego curiam Thrutzholt de Dn. Cristerno nullatenus exigam, antequam Dn. Cristerno satisfeceram vel cum servitio vel cum aliis, prout ipse omnino reddat se contentum. Si aliquid in curia edificaverit, illud sibi reddam, prout 2 amici sui et 2 mei inter nos dicunt, ac satisfaciam sibi pro omnibus expensis ad curiam deductis in hunc diem. Sig. meum cum sig. virr. discr. Dn. Nicolai Eysß M., avu[n]culi mei, Jacobi Kirt, Palnonis Kirt, Andree Palnsß et Magni Lawsß. Datum die paraceues.

Perg. [med 6 Segl]. (Trudsholms Arkiv, RA.) LDipl. [3319]

Apr. 26. Magnus archiepiscopus Lundensis¹. Quamvis omnibus tenemur *etc.* Constare volumus, quod fratribus de domo leprosororum prope Lundis omnes decimas nostras archiepiscopales tam de grangiis ipsorum quam de villicis et colonis eorundem provenientes pro suis usibus libere ordinandas ad dies nostros dimittimus, prohibentes *etc.* Datum Lundis nostro sub sig., crast. Marci.

Perg. med 1 Segl: DEI GR . . . LVN SVECIE PRIMATIS; siddende Bisp. Lunds Hospitals Arkiv (SvRA.). (Reg. *3076.) [3320]

Apr. 29. Magnus [Lu]ndensis archiepiscopus¹ universis Christifidelibus per suam Lundensem dyocesem. Licet multis indigentibus *etc.* Quare discretionem vestram requirimus, quatinus domui leprosororum prope Lundis et ejus fratribus, cum per eorum nuntios requisiti fueritis, consuetas elemosinas bis in anno in vestrorum remedium peccaminum exsolvatis. Mandamus nichilominus omnibus cum ipsis elemosinis restantibus, ut dictas elemosinas eis exolvant, cum fuerint requisiti; alioquin, si mota fuerit questio per fratres super hujusmodi elemosinis, per censuram ecclesiasticam procedemus ad justitiam et emendam. Datum Lundis nostro sub sig., fer. 2. post diem Marci.

Perg. med 1 Segl: se 3320 (løst Brudst.). Lunds Hospitals Arkiv (SvRA.). (Reg. *3077.) [3321]

— »Johannis Andersons advocatz i Lund och Götho Benedictsons auditoris causarum placiti generalis Scanie medh ättskillige borgmästares der sammastädes consens uthgifne wettnesskrift föregående borgares kiöp och handel angaende på then gård i s. Nicolai sochn [se 3302], dat. fer. 2. ante f. Philippi et Jacobi«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 84. [3322]

Maj 6. Otto dictus Skaacth A. Noverint universi, me nobili viro Dn. Benedicto Bywgh M. omnia bona mea in Byærby et Myrkowe ac alia omnia bona michi post mortem [uxor]is mee advoluta necnon omnia bona, que michi unquam aliqua hereditate vel jure contingi poterint, que bona mea matrim[onia]lia vel hereditario jure contingentia prius de me jure obligatorio dicto forwædelsæ inpignerative habuit, ut in apertis litteris super hoc datis [o: 3312] plenus continetur, vendidisse, que bona Dn. Benedicto in realem corporalem possessionem scoto, recognoscens me plenum habuisse pretium pro eisdem, obligans me Dn. Benedicto litteras apertas suas patri meo datas super bonis in Gunnærsløf et aliis bonis suis ubicumque reddere; insuper si alique littere de cetero invente fuerint, Dn. Benedictum super dictis bonis tangentes, de quibus ipsi aliquid dampni [fieri] poterit, adnichilo. Sig. meum cum sig. nobilium DDn. Hinrici Jensß, Boecii Dyvræ, MM., Johannis Offæß, Jacobi Nielsß de Syðdrop, Andree Griis et Nicholai Boß, AA. Datum die Johannis ante portam latinam.

[Orig.] Afskr. fra 15. Aarh., se 2925.

[3323

Maj 13. Johannes Andersß advocatus Lundensis, Trugillus Pethersß, Johannes Twesß, Jacobus Gulbrandsß, Ericus Ebbesß et Nicolaus Hakunsß Muremestere, consules et cives Lundenses. Constare volumus, quod crast. Nerei et Achillei in placito civili Lundensi vir discr. David Tychonis willanus in Hælsingeborgh viro discr. Nicolao Pethersß dicto Vinter civi Lundensi curiam quandam Lundis in par. b. Clementis, in qua Hinricus Hermensß bone memorie per plures annos habitavit, cum omnibus apertis litteris, quibus ad manus suas devenit, cum omnibus curie adjacentiis ut fundo, pomerio et domibus, scotavit, recognoscens se plenum pretium sublevasse. Sig. nostra. Datum etc.

[Orig. Senere (jfr. 1419^{3/2}) til Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 140. LDipl.

[3324

Juni 23. Reg. 2743. A. Perg. med [5] Segl: 2. Skjold med Rosensparrevaaben; 3, 4. Bomærker. Senere (jfr. 1401^{8/11}) til Kongens Arkiv (RÅ. Malmø). *Sukm XIV, 525.* — Aa. Vidisse 1414 Febr. 24. [3325

Juni 24. Petrus Andree sacerdos ac plebanus ecclesie Nestenshøw Roskildensis dyocesis. Noverint universi, me noviter in extremis cujusdam Andree Inguari affuisse et audivisse, eum omnia bona sua Lalandie s. matris ecclesie Thorns et sacerdoti viva voce contulisse, precipiens sub interminatione maledictionis eterne, ne aliquis se cum dictis bonis nisi cum consensu tutorum dicte ecclesie intromittat. Sig. meum. Datum die Johannis bapt.

Perg. [med 1 Segl]. Taars Kirkes Arkiv (senere i Berridsgaards Arkiv, nu paa Orebygaard). LDipl. [3326]

Juni 26? »Förnämblige mäns tingzbewiis och wettnesskrift innehållandes Bengt Månsons äth Bosö closter utgifne skiötebreef på een gård liggjandes i Hörgh, dat. fer. 4. post f. Johannis«.

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 64. [3327]

Juli 2. Magnus archiepiscopus Lundensis. Notum facimus, quod fer. 3. post diem Petri et Pauli in camera nostra Lundensi coram nobis nobilis vir Petrus Dwe de Sythorp A. in remedium anime sue ad altare Laurentii in ecclesia Lundensi omnia bona sua in Wimmerløf donavit et scotavit, acto[!] quod persona dicti altaris, postquam deus ipsum Petrum de medio vocaverit, ejus anniversarium in choro cum vigiliis et missa et inferius in ecclesia cum missis et elemosina fabrice et pauperum, juxta ordinationem capituli, ejus kalendario inscribendam, de 3 mr. denar. faciat celebrari. Sig. nostrum cum sig. capituli nostri. Datum *etc.*

[Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 128. LDipl. [3328]

Juli 10. Cristina, filia Dn. Petri Karlsß M. de Byerby, relicta Magni Johannis. Recognosco, me viro nobili et discr. Hennekino Molteke de Thorbernefællæ dedisse facultatem, 1 curiam capitalem in Stigsbyerby cum omnibus inquilinis adjacentiis, tam bene constructis quam non constructis, excepta 1 curia (Johannes Judæ) cum 6 modis terrarum in campo Høødueth, redimendi, que curia Dn. Benedicto Byug M. pro 100 mr. lybic. est inpignerata. Insuper me recognosco predicto Hennekino eandem curiam capitalem pro 50 mr. argenti in sterlingis et denariis lybic. inpignerasse, et dies redemptionis semper est in f. Martini; redempta curia redditus cum pensione summam sequitur capitalem. Preterea sciendum est, quod sepedicta curia a nullis nisi a Hennekino prefato cum me nullatenus redimatur; quicquid Hennekinus in curia reedificat, pro edificiis per ipsum constructis plena fiat satisfactio juxta arbitrium tot discretorum parte ex utraque. Sig. meum cum virr. nobilium Dn. Barnum Ericsß² M. et Jacobi Niælsß³ de Waunsorp. Datum die Kanuti regis.

Perg. med [3] Segl: 2. A. 804; 3. Kløvet Skjold; andet Feld delt. (SvRA.) [3329]

Juli 22. Johannes prepositus, Olauus archidiaconus et Albertus cantor ecclesie Roskildensis. Litteras Gyncekini senioris *etc.*, sigillis suis sigillatas, nos vidisse noveritis: 2217. Sig. nostra. Actum et datum [die Marie] Magdalene.

Perg. (Plica ødelagt). Roskilde Kapitels Arkiv (Vincentii Alter) (AM. XLIX, 21). [3330]

Juli 26. »Pehr Sommars åth Johanni Nickleson gifne skiöte eller säljöbreef på een gård liggiandes i Lund i s. Jacobi sochn, dat. crast. Jacobi«. [Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 85. [3331]

Juli 28. *Reg. *3081.* Perg. med Dronningens Segl. (SvRA.) *Dipl. Norv. VIII, 258.* [3332]

Juli 31. Hartwicus Hummersbøtel¹ filius [Hartwici Hummer]sbøtel quondam possessoris Løkkesholm. Notum facio, [quod] Dn. Fikkoni Moltike de Kiusæ M. curiam Løkkesholm aliter dictam M[ag]helund in par. Eluestethe Wynninghe H. cum toto Maghelundefang, molendino et aliis adjacentibus ubicumque Pheonie sitis, quam patruus meus Dn. Johannes Humberbøtel et pater meus Hartwicus Hummersbøtel Dn. Everardo Moltike M. quondam regis Dacie marscalco per apertas litteras suas scotabat, cum jaa et cum bona voluntate mea et cum conditionibus in apertis litteris patru et patris meorum contentis scoto, recognoscens patruo meo Dn. Johanni Hummersbøtel et filio suo Hennekino ac patri meo et fratri meo Hennekino et michi pro curia esse satisfactum. Insuper litteras patru et patris meorum Dn. Everardo super dictis bonis datas confirmo; recognosco etiam sigilla patru mei et ipsius filii ac patris mei et fratris mei Hennekini necnon mei apertis litteris Dn. Everardo datis cum ipsorum et mei scitu et rogatu esse coappensa. Sig. meum cum sig. Nicholai Friis², Ottonis Stranges³, Haweby, Fynnonis Agis⁵, Johannis Hwit⁶, Andree Stig⁶ et Gotscalci de Vrede. Datum in profesto Petri ad vincula.

Perg. med [8] Segl: 1. A. 654; 2. A. 798; [3. Nævnt i LDipl.]; 5. A. 803 (Ulfeld); 6. Bomærke; [7. Nævnt i LDipl.]. (RA. Lykkesholm 3.) LDipl. — Jfr. 3292. [3333]

Aug. 10. Hennikinus Alberti¹ villanus Slaulosiensis. Constatre volo, me viro discr. Hincekino Winke meo convillano in 28 mr. argenti teneri obligatum, die Volburgis prox. in promptis denariis albis persolvendis, pro quibus ipsi curiam meam in Byerbygade juxta curiam Martini Holste in contiguo ad meridiem sitam cum fundo, domo lapidea et pomerio impignero, tali conditione quod curia a die Volburgis termino redemptionis prescripto et in diem Volburgis anni proximi, videl. per unum integrum annum, uti habeat, postquam redempta fuerit, sine pensione aliquali. Insuper curiam, si termino redempta non fuerit, sub sua libera ordinatione habeat et familiam instituat et destituat redditusque sublevet, donec redimatur. Si edificia curie per incendium seu aliquo casu desolentur et H. W. eadem seu aliud edificium construxerit, juxta arbitrium 4 amicorum nostrorum utraque parte assumptorum ipsi satisfacere me obligo pro eodem, antequam

redempta fuerit curia. Sig. meum cum sig. discretorum Nicholai Boß² et Eggheri Hennikeß³ et Thorberni⁴, convillanorum meorum. Datum die Laurentii.

Perg. med 4 Segl: 1. Skjold med Skraabjælke, hvorpaa 3 Liljer; 2. Skjold med Bjælke; 3. Skjold med Bomærke; 4. S' TORBERNI GWKODS om Bomærke. Senere (jfr. 1399^{19/11} og ^{15/12}) til Kongens Arkiv; *ÆA. I*, 45, 62; *IV*, 5 (RA. Slagelse 15). LDipl. [3334

Aug. 27. Ego Heyno Verwer civis Lubicensis, collector et thesaurarius, procurator et commissarius ad recipiendum procuraciones Dn. Pylei tituli s. Praxedis presbiteri cardinalis per regna Dacie, Swecie et Norwegie una cum Johanne Lange mercatore de Nurenberga, habitatore civitatis Lubicensis, prout in litteris ejusdem Dn. cardinalis continetur, quarum tenor inferius continetur, a Dn. cardinali constitutus. Universitati vestre innotescat, quod cum Dn. Johannes episcopus Ripensis pro se, suo capitulo et clero universo suarum civitatis et diocesis michi nomine dicti Dn. Pylei loco suarum procurationum et earum oneribus, ipsis per ipsum cardinalem inpositarum, solvi fecerit per manus DDn. Nicolai Krook et Esykli Fedderi, canonicorum ecclesie Ripensis, solventium 150 florenos auri necnon 1 florenum notario Dn. cardinalis et 57 sol. denar. lubic. loco totidem grossorum turonensium nuntio Dn. cardinalis, solutis prius eidem nuntio 9 sol. denar. lubic. pro 11 diebus completis, quos fecit eundo, morando et redeundo pro presentatione litterarum dicti Dn. cardinalis versus civitatem Ripensem, prout in quodam instrumento publico super hoc confecto plenius continetur, ego Heyno recognosco me recepisse 151 florenos ac 57 sol. lubic. Tenor vero dictarum litterarum est talis:

Pyleus tituli s. Praxedis presbiter cardinalis, apostolice sedis nuntius »etc.« Notum facimus, quod nos Johannem Longum mercatorem de Nurenberga, commorantem in Lubek, et Heynonem Werwer civem Lubicensem nostros procuratores et nuntios ordinamus, specialiter ad levandum pecunias nobis ratione nostrarum procuracionum et camere apostolice debitas necnon de perceptis quitandum, presertim per regna Dacie, Swecie et Norwegie, alium vel alios loco sui substituendum, et generaliter omnia in hujusmodi negotio faciendum, que nos facere possemus, si personaliter interessemus. Nostrum sig. Datum Maguncie die 23. mensis junii indict. 4., pontific. Dn. Vrbani pape VI anno 4.

Presens instrumentum publicum per Marquardum Johannis publicum notarium scribi ipsiusque solito signo signari et in hanc formam redigi feci sigillumque una cum sig. Johannis Lange² college

mei presentibus apposui. Acta sunt hec in ecclesia parochiali b. Petri Lubicensi, indict. 4., mensis augusti die 27., hora tertiarum vel quasi, pontific. Dn. Urbani pape VI anno 4., presentibus DDn. Goscalco Boystorp et Johanne Samsonis presbiteris, perpetuis vicariis ejusdem ecclesie, Ottone dicto Sake clerico et Arnolde Sinneghe cive Lubicensibus, testibus ad premissa vocatis.

[*Notarmærke.*] Et ego Marquardus Johannis de Heydebu, clericus Sleswicensis, publicus auctoritate imperiali notarius *etc.*

Perg. med [2] Segl: 2. Ribe Kapitels Arkiv (RA. Ribe Bisp 148).
LDipl. [3335]

Sept. 19. Johannes Wuluesbruch. Noveritis, me ex consensu fratris mei Ottonis Wuluesbruch famuli meorumque heredum bona mea in Ranthem (Boyo Kalß, 6 magnos modios siliginis), in Ostenuele (Lutteke Merten, 4 magnos modios siliginis) et in S[we]zing (Nisse Thaum, 18 sol. lubic.) DDn. vicariis ecclesie Sleszwicensis ad usum convivii s. trinitatis 19. die mensis septembris in placito Hubblechdingh Sunderbøøshert[!] vendidisse et scotasse pro 30 mr. lubic. per me levatis. Et nos Hennekinus dictus Vuut et Luderus Storm famuli in solidum et conjuncta manu cum dicto Johanne compromittimus. Sig. nostra. Datum et actum *etc.*

[Orig. Slesvig Domkirkes Vikarers (eller Trinitatis Gildes) Arkiv.] Afskr. fra o. 1500 paa Perg. med Paategning: Copia littere originalis collationata per me Ottonem Veddæsß apostolica auctoritate notarium, quod protestor manu propria. Statsark. i Slesv. [3336]

Nov. 4. Nicholaus Gunnersß¹ advocatus ville Malmøghæ, Tholf Gøtmersß², Claus Dankenhawen³, Paulus Eskilsß⁴, Jacobus Andersß⁵, Nicholaus Thruetsß⁶ et Petrus Twæsß⁷, consules et villani ibid. Constatre volumus, quod fer. 2. post diem omnium sanctorum in placito nostro civili vir discr. Andreas Pæthersß proconsul noster scotavit Ingerdi Jønssædater conjugi sue curiam suam principalem, quam pronunc personaliter inhabitat, cum tota substantia sua, videl. sartagine, doleis, omnibus instrumentis braxatoriis cum omnibus utensilibus dictis bohauer ac omnibus aliis rebus in eadem curia manentibus, absque aliqua alia divisione inter heredes suos et ipsam Ingerdam post obitum suum facienda post obitum suum possidendam. Sig. nostra. Datum *etc.*

A. Perg. med 7 Segl: 1. Skjold, hvori N; 2-5. Bomærker; 6. Skjold med 3 Drikkehorn; 7. Skjold med Sparre, hvorpaa 3 halve Liljer og hvorunder et Kors. Senere (jfr. 1401^{8/11}) til Kongens Arkiv (RA. Malmø). LDipl. — Aa. Vidisse 1414 Febr. 24. [3337]

Nov. 13. Olauus Lwnga de Mosa M. et Johannes Falster A. Notum facimus, nos cum Nicholao Mandorp viro discr. bona omnia,

ipsi Nicholao et uxoribus nostris Marine et Johanne earumque con-
sorori Dn. Cristine Nielssadoter post obitum Dn. Gerthudis[!] relicte
Nicholai Mandorp contingentia, dividisse, ita quod Nicholaus Mandorp
13 oras terre in Wænslef et 30 oras terre in Wæthlaby in Horns H.
habeat. Sig. nostra cum sig. virr. discr. DDn. Mathei de Hørby,
Petri de Hagestatha, presbiterorum, Tychonis Wispæ, Andree Olaffs,
Johannis Palmæsß, Jacobi Magnusß, AA., et Magni Pætersß⁹ villani
et proconsulis in Holbæc. Datum die Briccii.

Perg. med [9] Segl: 9. Bomærke. (RA. Horns H. 85.) LDipl.

[3338

Nov. 23. *Reg. *3086.* Perg. med [9] Segl: 1. (v. Thinen); 2.
(Sehested); 3. Skjold med Skraabjælke; 4. (Porsfeld); 5. (Schinkel); 6.
(Tinhus); 7. S' IVNGE OTTONIS WLVES[BR]VC om Pyramide (Brok).
Slesvigs Hertugs Arkiv (Gem. Arch. XXXII, 14). *Stemann III, 23.* —
Hertil 1495, 2317.

[3339

Nov. 30. Olawus Niclæsß dictus Korrebonde villanus in Malmøghe.
Recognosco, me viro nobili Vernekino Conrætß A. curiam in Billinge
in Othens H. ab australi parte ville sitam, quam post obitum patris
mei jure hereditario habui, et aliam curiam ibid., quam de Akone
Pætersß emptionis titulo acquisivi, pro sufficienti pretio vendidisse et
videl.[?] primo de visitatione, secundo de solempnio chori, quorundam articulorum correctionem duximus annotandam. [1.] Volumus igitur, ut quicumque in vicarium choralem assumi debeat, utique sit ad sacros ordines promotus, alias nequaquam, nisi quem sufficiens litteratura, constans morigeralitas, fama laudabilis et alia merita predicant de scolis assumendum. [2.] Quicumque ad chorum assumpti fuerint, si se a choro, officciati vel inofficiati, absentaverint aut presentes officia neglexerint vel ipsa presentes negligenter expleverint, secundum quod in antiquis choralibus statutis continetur, puniantur. [3.] Exhinc de sollempnio chori statuimus, quod quicumque ad supplendum officium absentis per sacristam vel suum substitutum requisitus neglexerit seu non curaverit, multetur sicut absens. [4.] Volumus, quod meliores libri, anthiphonarius et graduale, sint super pulpum in medio chori saltem in vesperis et missis, in quibus cantentur infrascripta: introitus misse, graduale, offertorium, sequentia, responsum in vesperis et antiphone, ad quos libros accedant scolares scientes cantare et chorales omnes pro cantando; nisi fuerint in choro officciati vel legitime impediti, de choro descendant ad eosdem, quotiens cantabitur aliquid premissorum. Et sicut jam per omnes chorales observandum statuerimus, ita et per chorales ebdomedarios per omnia volumus observari. Canonici autem in suis stallis stantes cantent in libris, quos ante se habuerint, nisi placuerit eos descendere pro corrigendo cantu vel regendo; quem cantum amodo sub certa mensura, in feriis tamen festinantius, in festis morosius modulari ipsumque per cantorem presentem vel suum substitutum regi et corrigi volumus, alias ipso absente per sacristam, qui semper se conformet et concordet cum cantore. Ad predictos autem libros nullus nisi sciens cantare admittatur; nescientibus autem conveniat, ut in scolis addiscant. Quicumque male expleverint sua officia aut abusiones et dissonantias in choro fecerint seu vitia in cantu evomerint aut servanda non servaverint, puniantur discretione et arbitrio sacriste, et quicumque sue correctioni stare noluerit, nostre subjacebit. [5.] Volumus, quod sacrista et custos chori ecclesie et chori custodiam habeant per unum ibidem omni nocte dormientem, cujus socius sit minister cripte, habiturus pro hujusmodi obsequio 2 solidos de tutoribus ecclesie preter alia emolumenta, que sibi possent derivari. [6.] Ne aliquis clericus vel laicus exsequias aut diem octavum, tricesimum seu aniversarium cujuscumque in ecclesia nostra tenere seu funus illuc portare quomodolibet presumat sine licentia capituli nostri, nisi quibus hoc competere dinoscitur ex consuetudine vel privilegio speciali. Actum et datum in camera nostra Lundensi vig. Andree de consilio capituli nostri, nostro sub secreto.

[Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 66. LDipl. Udtog af *M. Matthiæ, Episc. Lund. 165* (= *Hvitfeld, Bispekrøn. Bl. X, Fol. 80*). [3566]

Dec. 13. Johannes de Hallum, Thordo de Saubro sacerdotes, Nicolaus Mwnk, Johannes Laghß⁴, Johannes Aghenß, Jacobus Aghß, Sweno Scoby, Nicolaus Jenß de Tynnyng, Cristernus Nielß, Nicolaus Juto de Skwldeløf. Noverint universi, nos placito Saubro H. post concept. Marie vidisse, quod Dn. Nicolaus de Lynghw et omnes fratres ejus et omnes veri heredes Sywerth Nielß Nicolao Jenß partem eorum in Sweystrop pro pleno pretio vendiderunt et scotaverunt. Item Stigotus Nielß dicto placito ipsi Nicolao Jenß partem suam in Sweystrop pro pleno pretio vendidit et scotavit, quam partem Elnæ Sywers Stigoto Nielß antea vendidit et scotavit. Item omnes veri heredes dicte Elnæ Nicolao Jenß dictam scotationem annuerunt. Datum *etc.*

Perg. med [10] Segl: 4. A. 848 (Udson); 8, 9. (Udslide). Senere i Kongens Arkiv(?), jfr. *ÆA. I, 3?* (RA. Sabro H. 2). LDipl. — Jfr. 3530. [3567]

Dec. 16. *Reg. *3235.* [Orig. Lunde Ærkebisps Arkiv.] Dansk Udtog: *Hvitfeld IV, 40, Fol. 571.* [3568]

Dec. 26. Olaus rex. Noverint universi, quod die Stephani Roskildis in placito nostro justitiario Margareta Thruwællssædater Cristinam relictam Jacobi Thruwalsß dicti Skrædæræ, civis Roskildensis, pro omni hereditate sibi post mortem predicti Jacobi fratris sui contingentem[!] quittam dimisit, tali conditione quod Cristina Margarete 2 vaccas, 6 oves, 1 paratum lectum, 1 ollam, 1 stanneam amphoram et 6 ulnas panni ad manus assignavit. Et super hoc Cristina obligavit se ad dies suos Margarete in victu et vestitu necessariis fore previsoram. Actum et datum sub sig. nostro ad causas¹ *etc.*, presentibus Gyncikino de Falkendalæ, Brynykkæ, Brothero Krafzæ, Andrea Niclesß et Andrea Ingwarsß, civibus Roskildensibus, teste Nicholao Draghæ justitiario nostro.

Perg. med Retterthingsseglet og Kancellipaaskrift. (AM. I, 16.) LDipl. under ²/₈. [3569]

Dag? (crastino). *Reg. 2790.* Perg. [med 1 Segl]; medtaget af Ild. Kongens Arkiv (RA. Personalhist. Saml., Flemming). Afskr. af Gram: LDipl. under 1386 ²/₂; herefter *Molbeck o. P. 10.* [3570]

— »Anders Jensons af Saarsløf åth Hannes Dondeman borgare i Kalundeborgh och Petro Dægn af Slaulosia uthgifne skiötebreef på alt sitt godz liggjandes i Skanöör. nembliken 3 grundar emillan öfwerskiärrar-

nes boder in Næstwythleghæ et quatuor tabernas eller 4 boder wæster i staden etc.*

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 106. — Jfr. 1399 Nov. 11. [3571]

Dag? Odensebrev.

[Orig.] Navne anførte af Hamsfort: *SRD. I, 315.* [3572]

Uden Dag. *Reg. 2791.* Perg. [med 3 Segl]. Ribe Kapitels (Skolens) Arkiv (RA.). *Terpager 477.* [3573]

Registraturer: Kongen: *ÆA. I, 110* (Okt. 7 el. 14, = *IV, 37, 148*; se ogsaa 3555. — Roskilde Bisp: *ÆA. III, 315, 325, 347, 371.* — Viborg Bisp: *ÆA. II, 356.* — Tommerup: se 3527. — Antvorskov: *ÆA. IV, 192, 235.* — Næstved Peders Kl.: *SRD. IV, 371.* — Sorø: *SRD. IV, 525* (Aug. 20). — Maribo: *ÆA. III, 269, 290.* — Aalborg Frue Kl.: *ÆA. III, 26, 26 = 69.* — Hundslund: *ÆA. III, 21.* — Vestervig: *ÆA. III, 167, 168.* — Vor: *ÆA. I, 183.* — *Eline Gøyes Jordebog 107* (Marts 12), *263* (Marts 27), *263.*

1387.

Jan. 15. »Ähn dito archiebishop in Lund wettnesskrift innehållande Ingeborgh Matzdotters, Eskill Geetz efterleverskias uthgifne ath förbemelde closter skiötebreef på een gård liggjandes i Holmby, dat. 15. mensis januarii«.

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 67, her efter 3565. [3574]

Jan. 16. Olauus rex¹. Ex quo Dn. Vikko Molteke M. sanus et incolumis nobis et matri nostre Dn. Margarete villam Ringstadiensem, provinciam Ringstadhæ H., curiam in Ørsløf et omnia alia bona ibid. et molendino[.], que a nobis in pignere habuit, ad manus resignavit, nos Dn. Vikkoni fortalitium nostrum Sooltæ cum omnibus bonis nostris in villa Sooltæ et pertinentiis suis universis, videl. Ethnø, Karæbek, Gumporp, Angherthorp, 5 curiis in Meenstorp, 1 in Lyndhæ, 1 in Jonstorp et 2 in Thorstorp cum omni jure regali in recompensam predictorum bonorum ad dies suos libere perfruenda tradimus hac conditione, quod quandocumque Dn. Vikko decesserit, fortalitium Sooltæ cum omnibus bonis prescriptis ad manus nostras vel ad manus matris nostre libere revertatur. Datum Nestwedis 4. fer. post oct. epyphanie dni., nostro sub sig.

Perg. med Retterthingsseglet og Kancellipaaskrift. (AM. I, 17.) LDipl. [3575]

Jan. 21. Palno Strwbæ¹. Noverint universi, me Johanni Thordss dicto Røwærskyth omne jus, quod habui contra Symonem Joonss pro 2 violentiis dictis wold et 5 wlneribus trusorii michi per Symonem factis et pro 3 lavgsøgyng in placito ville Randærs dimisisse, pro

quibus violentiis, wlneribus et lavgsøgyng S. J. in eodem placito per veredicos legaliter est convictus. Sig. meum cum sig. virr. discr. Dn. Yuari Magni² prepositi in Randærs, Dn. Johannis Olæff³, Dn. Petri Mvnk⁴, sacerdotum, Nicholai Nicleß⁵ advocati ibid., Nicholai Raband⁶ proconsulis, Esberni Kællærsven⁷ et Yuari Smyth⁸, consulum. Datum in die Agnete.

Perg. med 8 Segl: 1. PALNE IONS . . . om Bomærke; 2. G. 766*; 3. G. 765; 4. G. 766; 5. Gaaende Dyr; 6. . . . AI THRVELS' om Bomærke; 7. . . . NI PETER . . . om Bomærke i Skjold; 8. S' IVARI SIFRIDI om Bomærke. Senere (jfr. 1401^{20/7}) til Kongens Arkiv (RA. Nørrejyll. 134c). LDipl. [3576]

Jan. 22. Soror Margareta priorissa monasterii b. virginis Roskildis totusque conventus ibid. Noverint universi, nos accedente consensu fratris Johannis abbatis in Sora Magno Lang et uxori sue Cicilie omnia bona nostra in Thørsløf in Horns H. pro 1 lesta annone, dimidietate in ordeo et dimidietate in siligine, annualis pensionis in conventu nostro Roskildis infra f. purific. virg. eroganda, tali conditione ad dies suos conductive dimisisse, quod quam diu ipsi vel aliquis nomine ipsorum predictam lestim annone exsolverint, nullam habeamus potestatem bona ab eisdem repetendi; quando autem non solverint eandem lestim, bona ad nos revertantur. Si alique littere cuicumque super eisdem bonis ante datam presentium sunt confecte, preter nostrum situm [1] et consensum, ymmo surrepticie et tamquam falso modo sunt optente, quas cassamus per presentes nullumque prejudicium latoribus presentium per easdem volumus generari. Sig. nostra cum sig. Dn. Margarete regine et nostri superioris fratris Johannis abbatis in Sora. Datum die Vincencii.

Perg. [med 4 Segl]. Senere tilbagegivet til Roskilde Frue Kl. Arkiv (AM. Suppl. II, 1). LDipl. [3577]

Febr. 2. Frater Johannes Holbek abbas Noverint universi, DDn. Petrum Lykke archidiaconum Roskildensem et Nicolaum Bille canonicum ibid. nobis pensionem istius anni de bonis in Solbyerghe in Løve H., que a nobis habent conductive, persolvisse. D[a]tum nostro sub sig. f. purific. virg.

Perg. [med 1 Segl, nævnt i LDipl.]. (RA. Løve H. 150.) LDipl. [3578]

Febr. 27. Esbernus decanus Haffnensis¹ ac officialis terre Ruyø sacerdotibus ecclesiarum Cirkow, Lancken et Vilmnitze. Alios parochianos viros, agros villarum infrascriptarum colentes, videl. Parcetitze, Wrechen, Niendorp, taberne in Pudbusk, Vilmnitze, Louenitze, Nadelitze, Virenitze. Sanmstitze, Swerin, Hagen, Charow, Ziluenitze, Gro-

pershagen, Zelenitze, Dolghenniste et Bliscow, cum siligine episcopali restantes excommunicavimus et per litteras nostras excommunicari demandavimus, quam sententiam adhuc sustinent animis induratis. Vobis sub excommunicationis pena mandamus, quatenus antedictos in ecclesiis vestris tempore divinorum, pulsatis campanis, candelis accensis, demum extinctis et in terra projectis, excommunicatos denuntietis, monentes tam mares quam feminas, ut ab eorum participatione infra 9 dies a notificatione presentium desistant nec aquam nec ignem ministrando, comedendo, bibendo, stando, sedendo, eundo, loquendo, serviendo, emendo, vendendo, molendo, piscando, fabricando, agrum colendo, hospitium favendo, subveniendo, consilium dando et ullum actum humanum faciendo nisi in licitis; alioquin culpabiles excommunicamus in hiis scriptis, quos et vos, quorum nomina sciveritis in speciale, reliquos vero in generale singulis diebus dominicis et festivis publice de ambone in ecclesiis vestris excommunicatos denuntietis. Porro si prefati agros villarum suprascriptarum colentes censuras nostras per alios 6 dies pertinaciter sustinuerint, in quacumque parochia, opido, castro vel villa visi fuerint, post ipsorum inderecessum per 1 diem precipimus cessari a solempniis divinorum, quas quidem cessationis fecimus in hiis scriptis, et premissis non cessantibus, donec aliud a nobis habueritis in mandatis. Datum antiquo passagio Sundensi fer. 4. post dnicam. invocavit, nostri decanatus sub sig. Presentes remitte in signum executionis vestre sigillis vestris sigillatas.

Perg. med [4] Segl: 1. G. 337; 4. S' SVMONIS WVCEKEN PRESBRI om delt Skjold med halvt Tyrehoved. Roskilde Bisps Arkiv (RA. Rygen t. Rosk. Stift 33). [3579]

Febr. 28. Nicolaus episcopus Roskildensis. Noverint universi, honestum virum Petrum Brant villanum in Kalundæborgh litteram sigillis pendentibus Dn. Jone condam rectoris ecclesie Fughlæth maglæ, Nicolai Dyægn de Thyggitstorp et Thorstani Karæ sigillatam nobis in Drausholm presentasse: 3111. Quam litteram ratificamus; quare firmiter inhibemus etc. Datum nostro sub secreto, 5. fer. post diem Mathie.

Perg. med 1 Segl: G. 172 (Jærnskæg)^a. Senere i St. Fuglede Kirkes Arkiv (RA. Danske Selsk. Membr.). LDipl. under 1376^{29/9}. [3580]
^a) Seglet er altsaa ikke Brevudstederens.

Marts 5. Wy Ditlef unde Godschik brodere gheheten Godendørpe bekennen, dat unse heren greue Clawes to Holtsten unde heretoghe Gherd to Sleswik uns betalet hebben 400 lub. mk. van den 600, dar wy der heren opene breue uppe hebben. Unse ingezegele. Gheuen to Gottorpe des dinxedages na reminiscere.

Perg. [med 2 Segl]. Slesvigs Hertugs Arkiv (Gem. Arch. XXXII, Gældsbreve Fasc. 1 b). [3581]

Marts 6. Petrus Rød¹ advocatus in Schouby H., Berneke Skynkel² capitaneus castris Hynseghauel, Johannes³ sacerdos ecclesie Schouby, Tydekynus dictus Hæstæn⁴, Nicolaus Wonsflycht dictus Moab, Otto Rantzowe⁶ de Rakyl, Otto Tydyndynghehuze dictus Skynkel⁷, Heyno Bøydenstorp et Petrus Ebbesß de Lyunghe. Noverint universi, nos 4. fer. ante dnicam. oculi mei vidisse, quod discr. vir Nicolaus Thomeß A. in placito Schouby H. testimonium placitale per 8 viros ydoneos et discr., Fyn Peterß de par. Sersløf, Andreas Peterß de Schouby, Martinum de Brunstorp, Johannem Fynß de Sundersø, Nicolaum Joneß, Petrum Swenß, Jacobus Yuarß de par. Wysløf et Magnum Mickelß de Weslerynghe[?], produxit, qui testificabantur, quod Nicolaus dictus Mues A. dudum in predicto placito discr. viro Hinrico Thomeß 1 curiam in par. Sunderse in villa Wytby pro 5 mr. puri impigneravit ad modum forweddelze ex parte cujusdam Truend Gundis, quam violavit et cum illa dicta Truend contra velle suum, quod dicitur woltthecht, in die nativitatis dni. commisit, ut propter hoc collo non careret, hoc adjecto quod sepedicta curia, si infra prox. f. Michaelis non redimeretur, Hinrico Thomeß cedant[!] possidenda. Verum in premissa die et placito antedicti testes testificabantur, Hinricum Thomeß et heredes suos post mortem ipsius curiam ultra 50 annos in quieta prescriptione possidisse. Sig. nostra. Datum etc.

Perg. med [9] Segl: [1. S' PETRI E[?]LEFS' om Skjold med ubestemmelig Figur^a]; 2. A. 849 (DETLEV SCHINKEL); 3. G. 552 (Quitow); 4. A. 852 (S' TIDERICVS HESSTEN); 6. A. 851; 7. A. 850; 9. Bomærke. (RA. Skovby H. 15.) LDipl. [3582]

a) Klevenfelds Seglsamling, Rod.

Marts 19. Folmarus Jacobi de Maghelby M. Recognosco, me a sorore Sophia abbatissa monasterii s. Clare Roskildis et conventu ibid. bona Kyndeløsæ et Thorkylstorp sita ad dies meos conduxisse. In 10 primis annis monialibus 9 pund annone quolibet anno Roskildis die purific. Marie loco pensionis solvam; ipsis 10 annis elapsis 12 pund annone omni anno dictis loco et die sim persolvere obligatus; me de medio sublato, bona ad possessionem monasterii cum omnibus edificiis, que ibid. construxero, colonis, quos instituero, et omni melioratione revertantur. Sig. meum cum sig. fratris mei Dn. Nicolai Jacobi canonici Roskildensis. Datum fer. 3. post dnicam. letare.

Perg. [med 2 Segl]. Roskilde Claræ Kl. Arkiv (AM. LIX, 6). [3583]

Marts 25. Kr. Povlsens Registrant over Odense Knuds Kl. Breve. Se 522.

Apr. 23. Jeg Pæter Åkason¹ vederkendes mig at have pantsat ærlig Mand Niclis Jenson, som kaldes Swarte Skonung, alt mit Gods, som mig bør til Arv efter min Fader, hvor det ligger i Danmark,

for 60 lødige Mk., som jeg ham pligtig er. Fremdeles giver jeg ham Fuldmagt at paatale og oppebære al den Ret, mig bør af dem, der mit fædrene Arvegods hidtil har besiddet, og hvad han heri gør, binder jeg mig til at holde. Sig. nobilium virr. Jacobi Mws² et Abraham Broderson³ cum proprio. Datum die Georgii.

[Perg. med 3 Segl: 1. Skjold med Baad; 2. A. 858; 3. A. 1014 (Baad).] Afskr.: Sparre J7, Bl. 408 (SvRA.). [3584

Maj 21. Hennichinus et Bero Ole[fsønæ g]ermani, AA. Constare volumus, nos [Dn.] Petro Pethersß perpetuo vicario ecclesie Roskildensis pronunc altaris s. Vincencii ibid. et successoribus suis in eadem vicaria omne jus, quod nobis competit in bonis in Thorslunde-[magle] in Litlæ H., in Retherslef in Tunæ H., in T. . . . storp et Wglestorp in Walburgs H. ad a[ltare] s. Vincencii per [Dn.] Hemmingum felicis recordationis, [ecclesie] Roskildensis archidiaconum, fundatum pertinentibus, resignasse. Sig. nostra [cum] sig. virr. nobilium DDn. magistri Petri Lykke a[rchidya]coni et Jacobi . . . nichini canonici Roskildensis [ecclesie, And]ree Olefß de Girstinge et Johannis Grubbe de thorp, AA. Datum fer. 3. inf[ra oct.] ascens. dni.

Perg., meget medtaget. Roskilde Kapitels Arkiv (Vincentii Alter) (AM. XXII, 9). LDipl. [3585

Maj o. 26. Jeg Bendict Ebbasß, som kaldes Piik, gør vitterligt, at jeg har over ens været med min Fosterfader Abram Brodherß om mit fædrene Gods, som han hidtil har haft i Væрге, og har vi os derom forligt, saa at mig nøjer; for den Skyld giver jeg ham kvit, hvorledes han har dermed faret fra den Tid, han min Moder fik og til denne Dag. Fremdeles vederkendes jeg mig skyldig at være fornævnte Abram 100 lødige Mk., Halvdelen at berede med lødigt Sølv og rede Penninge og Halvdelen med Okse og Ko efter deres »gam-mol« Værd, for hvilken Sum jeg pantsætter ham alt mit Arvegods efter min Fader, hvor det helst ligger i Fyara H. eller i Hallandh med saa Skel, at han skal oppebære, hvad det skylder. Item om jeg vil skifte med ham, har jeg undt ham, at han skal tage lige Halvdel med mig i alt det forsagte Gods. Sig. meum et virr. nobilium Nicholai Jenisß dieti Swarteskanung, Karoli Niclisß³ et Benedicti Esping. Datum circa f. pentechostes.

Perg. med [4] Segl: 3. Utydeligt Skjold. (Upsala Universitetsbibliothek.) [3586

Maj 29. Johannes Myrislai¹ presbiter in terra Rughie. Recog-nosco, me Dn. Nicolao episcopo Roskildensi vel suis successoribus in 10 mr. argenti ponderis coloniensis ratione veri mutui, michi per ipsum facti ante confectionem presentium litterarum, [esse obligatum], pro

quibus ipsi omnia bona mea in Ralswiick in par. Bergis terre Rughie, videl. tertiam partem unius uncei, post mortem patris mei michi devoluta, pro suis usibus ordinanda impignerero. Sig. meum cum sig. DDn. Esberni decani Hafnensis² et Johannis Basse³ canonici Roskildensis. Datum 4. fer. penthecostes.

Perg. med 3 Segl: 1. G. 376; 2. G. 337; 3. G. 234. Roskilde Bisps Arkiv (RA. Rygen t. Rosk. Stift 32). [3587]

Juni 26. »Någre borgares i Lund åth Bosjö closter gifne gienbreef sig hafwa till leies bekommit alt closter godzet liggjandes i Kialby, dat. die Johannis et Pauli«.

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 69. [3588]

Juni 28. Joseph Erlandi A., filius Erlandi Laxæ de Gydinge H. Ad notitiam deduco, quod curiam dictam Joon Kaas Gard in Malmøghe ab ecclesia ad orientem versus fossatum sitam (Nicolaus Eskilsß dictus Gedeman), quam frater meus felicis recordationis Dn. Nicolaus Erlandi cantor Lundensis emptionis titulo a Dn. Tostone Thuresß M. de Østre Wram, genero Dn. Jon Kaa M., habuit, capitulo Lundensi confero cum omni jure hereditario post mortem fratris mei predicti michi in eadem competenti, quam idem frater meus in suo testamento capitulo dinoscitur contulisse, litterasque Dn. Tostonis Thuresß super curie venditione fratri meo datas capitulo resigno, supplicans capitulo, ut me et uxorem meam Ceciliam die anniversarii fratris mei cum ipso fratre meo recolligere dignetur libroque anniversariorum inscribere et participes facere in missis, vigiliis et aliis piis et devotis orationibus. Datum et actum vig. Petri et Pauli sub sig. meo cum sig. discretorum Petri Laurencii provisoris domus s. spiritus Lundis, Johannis Hennikini et Trugilli Petri, proconsulum civitatis supradicte.

[Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 161. LDipl. — Hertil 2792; jfr. 3533, 3561. [3589]

Juni 29. Folmarus Jacobi dictus Lunge M., Nicolaus Jacobi dictus Lunge canonicus Roskildensis et Andreas Jacobi dictus Lunge A., fratres. Noverint universi, nos bona omnia infrascripta, coheredes nostros subscriptos et nos post mortem Dn. Jacobi Olæß dicti Lunge M. patris nostri jure hereditario contingentia, taliter divisisse, quod ego Folmarus optinui totum opidum Høgstorp cum curia principali ibid. et molendino areo, item omnia bona, que possidebat pater meus in villa Lund et villa Geffnøwæ in Stæfnes H., 2 curias in Legestoftæ (quelibet ½ lagenam butiri), 1 curiam dictam Skowhus, in Walby in eadem prov. 3 curias (Clemens Jonß, Johannes Herlogi, Sascerus Frenesß), in Magleby in eadem prov. 1 curiam (Johana Skows, 2 pund annone), in Holtwø 2 curias (Thrugillus, 2½ pd., Willelmus

Petri, $\frac{1}{2}$ pd.), in Ræthinge 2 curias inpigneratas Dn. Ebboni Jacobi A. (6 pd.) et 1 curiam in Litlæheddinge inpigneratam eidem (2 pd.), in Faxe H. in Hærsendorp 2 curias (16 grossos), in Swenorp 1 curiam (Olausus Jonß, 8 grossos), in Jørsløff under skow 1 curiam (P. Smet, 20 grossos), in Hammers H. in Appænæs curiam principalem (1 mr. argenti, Nicolaus Petri), 1 curiam (1 sol. gross., P. Lale), 1 curiam desolatam in boreali parte ville Appænæs. Ego Nicolaus Jacobi optinui bona in villa Raby terre Meonie (16 pd. annone), in Faxe H. terre Syælandie in Hemingstorp 4 curias (quelibet 1 pd.), in Bækkeskow 1 curiam (Kanutus Skyttæ, 3 sol. gross.), in Windebotheholt omnia bona, que possidebat pater meus (8 sol. gross.), in Stæfnes H. in Lywdhersløff 1 curiam (2 pd., Boecius Kare), in Hafneløue 5 curias (Johannes Awedeß, 2 pd. et 6 modios annone; Jacobus Bay, 2 pd. et 6 modios; Matheus Haffræ, $2\frac{1}{2}$ pd.; Olaus Smet, 4 pd.; Bo Twesß, 3 pd.), in Skyrpinge 1 curiam (2 pd., Laurencius Magnuß), in Thorsstorp 1 curiam (1 pd., Johannes Timbræ), in Frøsløff 1 curiam (1 sol. gross., N. Skow), in Magleby 1 curiam (2 pd., Johannes Hetbo), in Twzenæs in villa Wdby 1 curiam habentem 1 bool terrarum, in qua condam habitavit Dn. Cristoferus M. bone memorie. Ego Andreas Jacobi optinui bona in Lywnge H. in Grønholte, que pater meus possidebat, preter 2 curias (Johannes Andree et Øbe), quas frater meus Awo Lunge optinuit; item optinui in Lønholte 1 curiam (14 grossos, Matheus Fathersß), in Stæffnes H. in Holtwe 10 curias (Hemmingus Jonß, $3\frac{1}{2}$ pd. annone; Bo Jonß, $3\frac{1}{2}$ pd.; P. Sandby, 2 pd.; Hemmingus Petri, 3 pd.; Haquinus, 2 pd.; Willelmus Boecii, $3\frac{1}{2}$ pd.; Olausus, 2 pd.; Boecius Petri, 2 pd.; Laurencius, 3 pd.; Petrus Herlogi, $3\frac{1}{2}$ pd.), in Frøsløff 1 curiam valentem in redditibus 2 pd. annone (Herlogus, qui dat 10 modios avene cum predictis 2 pd.), ibid. 1 curiam (P. Spiræ, qui etiam dat 2 pd. annone et 10 modios avene), ibid. 1 curiam (Clemens Olai, 2 pd. annone et 10 modios avene), in Flakkebergs H. in Horeby 1 curiam (Johannes Ørkelß, 4 pd. annone), in Wensløff 1 curiam (Bo Andree, 2 pd.), in Bisorp 5 curias (Kanutus Kalf, 15 grossos; Claus Petri, 20 grossos; Matheus de Howen, 8 grossos; Hemmingus Gothwilliæ, 1 sol. gross.; Jacobus Swale, 8 grossos), bona in Hamendorp et in villæ[!] Blæsingæ inpignerata Andree Griis. Item bona domicellarum Sophie et Righetzsæ inter ipsas equaliter dividenda, quarum tutor sum ego Andreas Jacobi: in Steffnes H. in villa Walby curiam principalem et alia bona ibid., que Dn. Jacobus pater ipsarum condam possidebat, que bona advoluta predictis Sophie et Righze habent $2\frac{1}{2}$ bool terrarum valentium in redditibus 25 pd. annone, tamen in eadem villa 3 curiis advolutis Dn. Folmaro Jacobi

M., ut premittitur, et 1 curia in eadem villa i[n]pignerata Clementi Dynyng, advoluta Awoni Jacobi, exceptis; item optinuerunt S. et R. in Thorstorp 3 curias (Laurencius Asceri, 4 pd.; Brand Smeth, 4 pd.; Olaus Petri, 2 pd.), in Hællæstæthæ 1 curiam (4 pd., Pasche), in Magleby 3 curias (5 pd., Magnus Petri dictus Retheswen; 5 pd., Johannes Frederici; 2 pd., Olaus Nicolai), in Warpeløue 3 curias (Bottildis Lambs, Matheus Knæpel, Giord, qui 3 dant annuatim 11 pd.), in Haffneløue 1 curiam (4 pd., Petrus Jacobi), in Lywthersløff 1 curiam desolatam inpigneratam fabrice ecclesie Lywthersløff pro 9 mr. argenti, in Løwe H. in villa Blæsingæ 1 curiam (2 pd.) inpigneratam Johanni Nicolai. Item bona, que optinuit Awo Jacobi dictus Lungæ, cujus tutor ego Folmarus Jacobi sum: in Stæfnes H. in Tomestorp omnia bona, que Dn. Jacobus ibid. possidebat, valentia in redditibus 1 lestam annone, in Holtwæ 2 curias (6 pd., Ingwarus Boß; 7 pd., N. Boß), ibid. 1 curiam desolatam (condam Michael, dedit 2 pd.), in Walby 1 curiam prius de ipsa Walby exceptam inpigneratam Clementi Dyning (3 pd.); in Magleby 4 curias (4 pd., Petrus Kimbere; 4 pd., Thomas; 2 pd., Jacobus Tostesß; 2 pd., Magnus Orm), in Frøsløff 1 curiam (Johannes Høghen, $\frac{1}{2}$ lagenam butiri et 6 grossos), in Hafneløue 3 curias (Frende, 15 grossos; Johannes Ingemari, 1 sol. gross.; Laurencius Wider, 1 sol. gross.), in Lywngæ H. in villa Grønholte 2 curias (Nicolaus Andree, 14 grossos; Øbe, 14 grossos), in Tholfstorp 1 curiam (3 sol. gross.), in Borse H. in Dustwedh 1 curiam (3 pd.) inpigneratam Clementi Dyningh. Item bona advoluta Olauo Jacobi dicto Lunge, cujus tutor sum etiam ego Folmarus: in Walburgs H. in Rydhø curiam principalem et omnia alia bona in eadem villa, que Dn. Jacobus possidebat (exceptis 2 curiis advolutis pueris Olai Lunge de Skioldenæs), que valent in redditibus 3 lesta annone et 12 sol. gross.; in Stæffns H. in Frøsløff 2 curias (2 pd. annone et 10 modios avene, Nicolaus Boß; 1 pd. annone, Thrugillus Skowman), in Holtwø 1 curiam (5 pd.) inpigneratam Jacobo Ludikini, in Mærlose H. in Wandløse 1 curiam (3 pd.) inpigneratam Henrico Skyttæ. Item bona, que optinuerunt pueri Olai Lunge de Skioldenæs bone memorie, quorum tutor sum ego Folmarus: in Slawelsø H. in Skowesø curiam principalem (1 lestam annone, Petrus Andree), ibid. 8 curias (Laurencius Rwthæ, 3 pd.; Petrus Kimbere, 3 pd.; Herlogus, 3 pd.; Petrus Andree, 1 oram annone; Thorkillus, 1 oram annone; Henricus, 1 oram annone; Boecius, 1 pd.; Nicolaus Andree, 1 pd.), in Skyrpinge 1 curiam (3 pd., Jacobus Petri), Ramsø H. in Ølby 1 curiam (4 pd., Germanus), in Stæfnes H. in Lywthersløff 1 curiam (1 oram annone, Johannes Kare), in Myærløse H. in villa Wæther 2 curias ($\frac{1}{2}$ lagenam butiri,

18 grossos), in Attorp 1 curiam (1 sol. gross.), in Walburgs H. in Rydhø 2 curias (Wilhelmus Sutor, 1 sol. gross.; Petrus Aborre, 14 grossos), in Faxe H. in Jørsløff under skowen 1 curiam (Laurencius Rage, $\frac{1}{2}$ lagenam butiri), in Stæfnes H. in Raskow 1 [curiam] desolatam (condam Inguarus dictus Nyman, dedit $\frac{1}{2}$ lagenam butiri). Insuper notandum est, quod Awo Jacobi dictus Lungæ, Olauus Jacobi dictus Lunge, fratres, et pueri Olai Lunge habuerunt bona (6 talenta annone) inter se dividenda, videl. in Faxe H. in Styrlinge 3 curias (3 pd., Petrus Nicolai; 1 oram, Boecius Bæyære; 1 oram, Johannes Hemmingi), de quibus 6 pd. annone Awo Jacobi percipiat anuatim 2 pd., Olauus Jacobi 2 pd. et pueri Olai 2 pd. Si aliqua bona supradicta inter nos et coheredes nostros divisa propter defectum appropriationis evicta fuerint ab aliquo nostrum, mutuo simus obligati taliter, quod unusquisque nostrum de parte sua satisfaciat carenti secundum consilium consanguineorum nostrorum. Preterea ego Folmarus supradictos Dn. Nicolaum, Andream, domicellas Sophiam et Righetze pro omnibus mobilibus et immobilibus rebus et utensilibus dictis bohawe ac pro omnibus solutionibus et debitis ipsos post mortem Dn. Jacobi Olai dicti Lungæ M. tangentibus in hunc diem ab inpetitione mea et Awonis Lungæ et Olai Lunge necnon ab inpetitione puerorum Olai Lungæ de Skioldenæs quittos dimitto. Et ego Nicolaus Dn. Folmarum, Andream [osv. tilsvarende]. Et ego Andreas Dn. Folmarum, Dn. Nicolaum [osv. tilsvarende]. Sig. nostra cum sig. consanguineorum nostrorum, qui bonorum divisioni interfuerunt, et quorum consensu divisio facta est, videl. Dn. Nicolai episcopi Roskildensis, Andree Sywndesß de Kerstorp, Absolonis Magni, Andree Olai de Tokswerdhe, Johannis Olai dicti Lungæ, Awonis Stegh, Magni Steegh, Ebbonis Jacobi, Dn. Nicolai Almari de Hæddinge presbiteri, Hemmingi Twesß, Thuronis Thuresß, Willelmi Thuresß, Tukonis Magni, Pauli Henricß, Henrici Ywenß, Karuli Thomesß, Johannis Pauli, Olai Lungæ de Swansbergh et Petri Saxsøn de Frøsløff. Datum die Petri et Pauli.

[Orig. med 9 Segl.] Vidisse 1400 Febr. 4.

[3590

Juli 27. Gøtho Benedicti advocatus generalis Scanie, Gerlacus Skelmsß, Nicolaus Quant, AA., Hannes Merl, Petrus Landman, Clemens Trugoti et Følchechinus, cives Lundenses. Noverint universi, quod sabb. ante diem Olai regis in placito generali Scanie nobilis vir Two Pethersß de Harebærghe A. capitulo Lundensi curiam suam in Øndathorp (Nicolaus Jønsß), per modum permutationis cum eodem capitulo facte, pro 2 curiis, quas capitulum habuit in villa Harebergh predicta, scotavit. Sig. nostra. Datum etc.

[Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 146 med Overskrift: Super una curia in Øndorp ad festum b. Jacobi etc. LDipl. [3591]

Juli 27. Tymmo Lembek auditor placiti generalis Wibergensis. Noverint presentes et futuri, quomodo sabb. ante f. Olavi regis in placito generali Wibergensi coram Dn. Jacobo episcopo Wibergensi et aliis presentialiter fuisse nobilem virum Dn. Cristiernum Wendelbø M. secundum placitationes inter eundem et Pelæ parte ex altera, dictatas et factas per Dn. Margaretam reginam ac Dn. Jacobum Wibergensem, Swenonem Burglanensem et Petrum Arusiensem episcopos necnon dapiferum regni Dacie Henningum de Podbusk M. cum pluribus consiliariis regni, videl. DDn. Johanne Andree, Dn. Iwaro Lyckæ et [Fo]lmaro Jacobi, MM., ad hoc specialiter convocatis, et litteras suas super jure de castro Thrutzhholm ostendisse nec contradicentem sibi in aliquibus de dictis litteris audivisse; et secundum terre leges terna vice responsales contradicentes requirebat, de quibus neminem potuit invenire. Sig. meum. Datum et actum etc.

Perg. [med 1 Segl.]. (RA. Trudsholm.) LDipl. [3592]

Juli 29. Reg. *3253 = 2792*. [Perg. Rodneby Bys Arkiv.] Kopi i dansk Oversætt., udstedt af Rodneby Borgemester og Raad 1616 Juni 30 under Byens Segl: RA. Indk. Br. til Danske Kancelli. *Danske Mag. 5 R. I, 157. Kling, Dissert. de Medelstad H. 50.* [3593]

Aug. 5. Reg. *3254. Perg. med [7] Segl: 2, 4. Bomærker (2. S' JACOBI ASSERS'). Senere i København Kapitels Arkiv (RA. Kbhvns. Gaarde og Huse 287). *Kbhvns. Dipl. I, 126* (hvor fattes Slutningen: qua littera sic lecta idem Dn. Esbernus dicta Katerina una cum matre sua Mettæ Herberts protunc presentibus et uno ore consentientibus instanter et more solito placitali petiit presentes litteras sigillis nostris firmitus roborari. Actum et datum anno, die et loco quibus supra). — Hertil 3465. [3594]

Aug. 10. Reg. 2793*. Perg. med [14] Segl: 1. Ærkebisp Vinolds Sekret; 2. G. 731 (Lodehat); 3. A. 520; 4. A. 674 (Brok); 5. A. 853 (ikke 666) (Grubbe); 6. A. 854; 7. A. 855; 9. A. 856 (Markmand); 10. A. 860 (Bjørn); 11. A. 857 (S' KOORT MØLTEKE ÆVEETS'); 12. A. 858; 13. A. 859 (Krognos); 14. A. 861 (S' ALBERTI KALENBERCH); de fleste Seglremme beskrevne med et Brev, indeholdende en Kvittering til en Bys proconsules et consules for en Pengesum; datum anno septimo. Kongens Arkiv (RA. Hyldinger 3). *Hvitfeld IV, 45, Fol. 573; Molbech og P. 11.* [3595]

Aug. 15. Vffo Johannis¹ A. et familiaris monasterii Hæriswatha. Noverint universi, me ecclesie s. Johannis in Kaagryth 1 curiam in Wiuaryth in dicta par. in Luthguda H. tali conditione contulisse, quod tertiam partem pensionis de ipsa me vivente ecclesia predicta a data presentium levabit et ego partem reliquam ad dies meos levabo;

me autem ab hac luce migrante summam pensionis plene ecclesia sublevabit. Unde curiam simul cum estimationibus, silicet 1 vacca et $\frac{1}{2}$ ora annone, ecclesie in refrigerium anime mee et parentum meorum do et scoto. Sig. meum cum sig. sororis mee Margarete², Johannis Porse³ atque Johannis Nicholai⁴ de Beltebiærya. Datum die assu[m]pt. dei genitricis gloriose.

Perg. med [4] Segl: 1. A. 863; 2. A. 864; 3. A. 862; [4. Nævnt i LDipl.]. Kaagerød Kirkes Arkiv (RA. Ludgude H.). LDipl. [3596

Aug. 18. *Reg. 2794.* Perg. [med [3] Segl: 1. A. 865; 3. A. 866]. Kongens Arkiv (Gem. Arch. XXXII, Gældsbreve Fasc. 1 b). *Suhm XIV, 545.* [3597

Aug. 21. *Reg. 2795.* Perg. med [8] Segl^a: 1. A. 520; 2. A. 749; 3. A. 853 (ikke 666) (Grubbe); 4. Unyttet Seglrem; 5. A. 867; 6. A. 868 (Neb); 7. A. 726 (S' PETRI IACOBI); 8. A. 869. Kongens Arkiv (RA. Hyldinger 4). *Hvitfeld IV, 47, Fol. 574; Molbeck og P. 13.*

[3598

a) Nogle af Seglremmene udklippede af et Brev af Dronning Margrete, dateret „1387 2. fer. au[te] f. assumptionis Marie“ [o: Aug. 12].

— Proconsules et consules ceterique cives Roskildenses¹. Noverint universi, quod 4. fer. post diem assumpt. virg. in placito nostro civili noster concivis vir discr. Magnus, filius Saxonis Hemmingsß bone memorie nostri concivis, fundum suum exnunc desolatum Roskildis in par. b. Johannis bapt. ab occidentali parte platee regie et communis Olofskyrkegadæ dicte et ab orientali parte fundi, in quo Dn. Nicolaus Bosß presbiter quondam habitavit, situatum viro discr. et honesto Johanni Holebek nostro concivi scotavit, insinuatione venditionis secundum consuetudines terre per Magnum Saxonis prius facta. Recognovit se Magnus plenum pretium sublevasse. Sig. nostre civitatis. Datum etc.

Perg. med Byens Segl. (AM. XXII, 10.) LDipl. — Jfr. 3600.

[3599

— Magnus Saxonis¹ civis Roskildensis. Noverint universi, me vendidisse Johanni Holebek meo concivi fundum meum desolatum Roskildis [*osv. som 3599 indtil*] situatum pro pleno pretio per me sublevato ac 4. fer. post diem assumpt. virg. in placito civitatis Roskildensis dictum fundum Johanni scotasse, insinuatione venditionis fundi in predicto placito secundum consuetudines terre per me prius facta. Sig. meum cum sig. virr. discr. Nicolai Petri dicti Snøfugl² advocati Roskildensis, Gyncelini Gyncekeß³ de Falkændalæ, Johannis Nicolai junioris⁴ et Petri Bondesß, civium Roskildensium. Datum etc.

Perg. med [5] Segl: 1. Skjold med Stør; 2. Skjold med halv Ulv; 3. Skjold med to kryslagte Fuglekløer; 4. Bomærke. (AM. XXII, 11.) LDipl. [3600

Aug. 22. *Reg. 2796.* [Orig. Ribe Kapitels Arkiv.] *Terpager 160.*
[3601]

Aug. 26. In nomine dni. amen. Anno 1387 indict. 10., die 26. mensis augusti, pontific. [*osv. som 3610 o: Suhm XIV, 543, indtil*] me Henricum notarium publicum tanquam personam autenticam ad omnes actus, qui die Laurentii, que fuit 10. mensis predicti, Lundis Schanie in ecclesia cathedrali ac eodem die ibid. in placito generali fiebant, in publicam redigendos formam [*osv.*] audivisse, quod in eisdem ecclesia cathedrali et placito generali quamplures DDn. archiepiscopi et episcopi, milites, militares, ecclesiarum secularium et reg[*u*]larium prelati, bundones, villani de villis forensibus necnon communitas terre Schanie et de pluribus aliis regni Dacie partibus [*osv., mut. mut.*]. Ceterim protestor, me litteras testimoniales DDn. Winaldi archiepiscopi Nidrosiensis, Petri episcopi Arusiensis, Hennyngi de Pudbus regni Dacie dapiferi, Johannis Andree, Benedicti Byg, Henrici Parow, Reymari Breyde, MM., Ottonis Johannis, Hennekini Olau, Conradi Moltekens junioris, Jacobi Mws, Stigoti Petri et Alberti Calenberghe, AA., [*osv.*]. Acta sunt hec in villa Vytby et in curia Dn. Margarete regine sub anno *etc.*, presentibus fratre Nicolao abbate monasterii Sorensis et Laurencio Johannis presbitero Roskildensis diocesis ad premissa vocatis.

[*Notarmærke.*] Et ego Henricus Vrisak [*osv.*].

Perg. Kongens Arkiv (RA. Hyldinger 5 b). LDipl. [3602]

— In nomine dni. amen. Anno 1387 indict. 10., die 26. mensis augusti, pontific. [*osv. som 3602 indtil*] actus, qui die 21. mensis augusti Ryngstadis Selandie in monasterio s. Canuti ducis ac eodem die [*osv.*], in eisdem monasterio et placito generali [*osv.*] terre Selandie et etiam de terris Meonie et Lalandie ac de pluribus aliis regni Dacie partibus [*osv., mut. mut.*] potentum DDn. Hennyngi de Pudbus regni Dacie dapiferi, Johannis Trugilli discretorum[*]* causarum in placito generali Selandie, Benedicti Biyg de Hyrningsholm, Johannis Rwt de Worthingeborgh, Michaelis Rwt de Skioldenes, MM., Nicolai Offenß de Eghethe, Fynkenowe et Har[*f*]wici Brusek, AA., vidisse [*osv.*].

[*Notarmærke.*] Et ego Henricus Vrisak [*osv.*].

Perg. Kongens Arkiv (RA. Hyldinger 5 a). LDipl. [3603]

— Magnus archiepiscopus Lundensis¹. Constat volumus, quod die 26. mensis augusti Flyginge in camera nostra coram nobis in iudicio viri nobiles Swarthæ Skaanwng, procurator nobilis viri Petri Akonis filii et heredis Dn. Akonis Ingwari M., prout de sue procura-

tionis officio ad infrascripta per litteras apertas Petri Akonis sigillo suo cum sig. virr. nobilium Jacobi Mws et Abram Brotherß sigillatas nobis fidem fecit, ac Petrus Mwnk nomine uxoris sue Dn. Anne, dudum conjugis ejusdem Dn. Akonis, fatebantur, quod habita inter eos bonorum divisione relictorum Dn. Anne et Petro Akonis per obitum Dn. Akonis, bona infrascripta ad proprietatem Petri Mwnk parte Dn. Anne fuerunt devoluta: 1 curia dicta hofgaard in par. Frysløf in Stæfnys H. Selendie cum bonis aliis, que Dn. Ako in dictis par. et hæret tempore mortis sue possideret, Scanie in Gythinge H. in opido Hanaskygh 6 curie, 1 curia in Rothagra, omne jus, quod habuit in Hanaholm in par. Qwithinges, in par. Færelde ejusdem hæret in Bærlæf 3 curie dicte brythægare cum 1 fundo pro molendino aquatica in Bærløf, quidam fundus in Hælyæa pro altera molendino aquatica dicta forskwærnæ, 1 curia juxta molendinum, in Herwistathe H. 1 curia in Swenstorp, in Axelthorp in Gythinge H. 1 curia, in Øyæ 1 curia, in Brame 1 curia dicta broythegard cum 3 curiis dictis fæsther, in Lille Thwærn 3 curie et in Magle Thw[æ]rn 2 curie, etiam 1 curia dicta fæsthe, 1 curia in Byærgysse by. Insuper Swarthæ Skaanungh nomine ut supra Petrum Mwnk cum Dn. Anna pro omnibus levatis et perceptis per eos de bonis quibuscumque per obitum Dn. Akonis relictis usque in presentem diem, ac etiam pro omnibus utensilibus et supellectilibus, Petrum Akonis per mortem patris sui jure hereditario contingentibus, quittum dimisit. Extunc etiam parte predicta Swarthæ Skannvgh omnia bona premissa Petro Mwnk cum omnibus litteris apertis, quovis titulo per Dn. Akonem acquisitis, scotavit, proviso quod reliqua bona Dn. Akonis cederent filio suo Petro Akonis, pecunia dumtaxat excepta, si in aliqua quisquis Dn. Akoni teneri reperitur, partibus predictis equaliter cum litteris super hoc conscriptis dividenda. Actum et datum etc., presentibus nobilibus viris Jacobo Absolonis, Otthoni Johannis, Johanne Holmgeri de Wgarp, Johanne Andirß de Thwfstorp, Johanne Wf, Hænekino Snæwenborgh de Syøthorp et Twone Petri de Harabyergh⁸ ac aliis clericis et laicis. Secretum nostrum cum sig. predictorum virr. nobilium.

Perg. med [8] Segl: 1. G. 22; [8. A. 870 (Rani)]. (RA. Personalh. Saml. p. Perg., Munk.) LDipl. [3604]

Aug. 27. »Dito archiebiscopez [se 3574] än wiidare wettnesskrift innehållande Elinæ Gudsærdotters åth bemelte closter utgifne donations breef på 3 gårdar i Hunnebjerg, dat. Flyinge fer. 3. post Bartholomæi«. [Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 68. [3605]

Aug. 31. Nicolaus episcopus Lyncopensis Dn. Petro Lykka archidiacono Roskildensi. Noveritis nos litteras Dn. Urbani pontificis recepisse: 1387 Febr. 28. *Paven byder Bispen at tilbagekræve Gods for Gudhem Kloster^a.* Nos igitur, ex quo propter dissensiones in regno hominibus patere non potest de domibus suis liber exitus et regressus, adeo quod nullus secure transire potest, ne mala captione capiatur vel rerum et equorum perditione gravetur, et sic ad nostram presentiam citandi citari non possunt, vobis mandamus, quatinus heredes nobilis viri Eskilli Falk ac alios, super quibus vos requiri fecerit abbatisa sanctimonialium monasterii in Gudhem, ad iudicium vestrum auctoritate, qua fungimur in hac parte, quam vobis committimus, citetis et ipsis presentibus seu ipsorum procuratoribus examinetis de bonis Thylshamar et Widheem et de Lindø altera tota, altera dimidia et de reliquis bonis, que Dn. Katerina quondam regina Swecie monasterio donavit, que bona in Siællandia constituta Eskillus Falk, qui dudum de vita sublatus fuit, occupavit, et nunc heredes ipsius eadem bona occupare dicuntur, et eandem inquisitionem etiam faciatis de aliis bonis in Siællandia et Møøn per vos vel subdelegatum vestrum, super quibus bonis abbatisa questionem moveri fecerit, examinatione vero habita omnia de bonis predictis, que ad monasterium pertinere cognoveritis, monasterio per vestram sententiam adjudicare curetis, ipsos injustos occupatores et detentores bonorum primo, secundo, tertio ac peremptorie monentes, ut bona monasterio infra 6 septimanas restituant per amicabilem compositionem vel per justitiam[?] cum effectu, et permittant monasterio de bonis de cetero plena securitate gaudere, quarum septimanarum 2 pro primo, 2 pro secundo et 2 pro tertio et termino peremptorio ac monitione canonica assignamus; quod si facere contempserint, ipsos, quos sua exigente contumacia excommunicamus, excommunicetis et excommunicatos denunciari faciatis per totam dyocesim vestram, ipsosque ad nostram presentiam pro absolutionis beneficio remittatis. Datum Lyncopie ultima die mensis augusti sub sigillo nostro.

Perg. [med 1 Segl]. (SvRA.) LDipl. (*Reg. 2797**.) — Brevet synes bevaret ved Linkøpings Bispestols eller Gudhem Klosters Arkiv; om det nogensinde er kommet til Danmark, kan være tvivlsomt. [3606

a) Udtog efter Orig.: *Svenska Riksarch. Pergamentsbref II, 135.*

Sept. 18. Nicolaus Oleffß advocatus ville Scanør, Otto Andersß et Absolon, proconsules, Petrus Karlsß, Johannes Ingemarsß et Michael Saxen, villani ibid. Notum facimus, quod fer. 4. ante f. Mathei in placito ville Scanør honorabilis et honesta Margareta Niclæsdother, relicta Michaelis Niclæsß convillani nostri, tabernam suam in Skanør

in vico, qui dicitur Traffnestrædhe, ad orientem vie sitam, ad Margaretam jure donationis per dictum maritum suum devolutam, capitulo Lundensi cum fundo et edificiis dedit et scotavit tali conditione, quod post mortem suam capitulum ordinabit pensionem taberne in hunc modum: 1 missam cum vigiliis sollempniter in choro cum 12 missis inferius in ecclesia, in remedium anime sue et dicti mariti sui, die anniversarii sui faciat celebrari et 1 sol. grossorum eodem die pauperibus, vicariis etiam, qui misse et vigiliis interfuerint, $\frac{1}{2}$ sol. grossorum et pulsantibus in turri 5 sterlingos erogari. Reliqua pensio inter fabricam ecclesie et canonicos, qui misse et vigiliis interfuerint, equaliter dividatur, ita quod ad fabricam semper medietas pensionis assignetur. Sig. nostra. Datum et actum etc.

[Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 108. LDipl. [3607

Sept. 21. *Reg. 2798**. Perg. med [2] Segl: 1. G. 811. Kongens Arkiv (RA. Nørrejylland. 59). *Suhm XIV, 546.* [3608

Okt. 5. *Reg. *3260.* Perg. med Notarmærke; paa Bagsiden staar Konzept[?] til: 3563. Roskilde Bisp Arkiv (RA. Sjæll.-Møn 34). *Kbhvns. Dipl. I, 126.* [3609

Okt. 16. *Reg. 2800.* Perg. med Notarmærke. Kongens Arkiv (RA. Hyltinger 5c). *Suhm XIV, 543.* — Brevets Dagsangivelse er vistnok urigtig og skal være: Okt. 26 (jfr. 3612). [3610

Okt. 18. Petrus Bunde A. Noverint universi, me viro nobili ac famoso Tuuoni Peterss de Hareberge omnem partem in bonis Aaløff et Skiiparp, michi jure hereditario post mortem consortis mee Ellæne advolutam, pro pleno pretio per me levato vendidisse ac scotasse. Sig. meum cum sig. virr. discr. Dn. Henrici persone ecclesie Vellinge, Joannis Niels de Belltebergæ et Joannis Pozsche de Ottorp. Datum die Luce.

[Orig. Senere til SvRA.; Udtog i Specifikation, Acta privata Nr. 109.] Afskr. i Kopibog fra 16. Aarh.: Arnemagn. Saml. Fol. 293, Bl. 38. LDipl. [3611

Okt. 26. *Reg. 2799**. Perg. med 8 Segl: 1. A. 860 (Bjærn); 2. A. 849 (S' DETLEVI SCHINKEL); 3. A. 872; 4. A. 873; 5. A. 874 (Bild); 6. Delt Skjold (Bild; ikke A. 657); 7. A. 871; 8. A. 875. Kongens Arkiv (RA. Hyltinger 2). *Hvitfeld IV, 49, Fol. 574.* — Jfr. 3610. [3612

Okt. 27. Gerlacus Skelms A. Noverint universi, me curiam in Malmøge, quam post mortem neptis mee Berte Haqunsdother jure hereditario acquisivi, ecclesie s. Laurentii Lundis in anime mee salutem contulisse a die obitus mei possidendam tali conditione, quod curiam ad dies meos habeam ordinandam, post mortem vero meam

omnes redditus de curia provenientes per 2 annos cedant michi mortuo pro debitis meis solvendis, quibus 2 annis elapsis curia ordinationi Dn. prepositi Lundensis subjacebit, sub hac forma, quod redditus curie levet annuatim et in 4 partes equales dividat, quarum una cedat fabricae Lundensis ecclesie, secunda canonicis et vicariis, qui vigiliis et misse in die anniversarii mei interfuerint, tertia inter celebrantes et officiantes die anniversarii mei in ecclesia memorata inter moniales s. Petri Lundis, pauperes et pulsantes in turri distribuatur; quartam vero partem volo, in signum domini et dispensationis premium mense prepositi Lundensis deservire. Sig. meum cum sig. honorabilium virr. Dn. Folquini prepositi Lundensis, Jacobi Jenss dicti Skarolte, Johannis Hennikini proconsulis Lundensis et Johannis Mattes de Bosye nepotis mei. Datum vig. Symonis et Jude.

[Orig. Lunde Kapitels Arkiv.] Afskr.: Lundebogen S. 106. LDipl. [3613]

Nov. 1. Margareta Pædhersdotter relicta Dn. Conradi Mylow M. Noveritis, me Awoni Stegh cognato meo in 3 nr. argenti in alba pecunia esse obligatam, sibi placito Wolburs H. ante s. Martini persolvendis, pro qua summa eidem omne jus, quod habeo cum ipso Awone in bonis in Vpplestorp in dicta provincia inpignero, videl. in 2 curiis, ad quarum unam jacent 16 et ad alteram 12 sol. terrarum in censu, tali conditione, quod redditus bonorum percipiat, donec redimantur. Si bona ab ipso evi[n]cantur, obligo me sibi prefate summam pecunie infra quartum diem pasche prox. affuturum exoluturam. Sig. meum cum sig. Jacobi Nicolai in Syøthorp et Johannis Girstinghes. Datum die omnium sanctorum.

Perg. [med 1 [!] Segl]. Senere (jfr. 1421^{15/7}) til Roskilde Kapitels Arkiv (Bartholomæi Alter) (AM. XXXVI, 6). LDipl. — Jfr. 3441. [3614]

Nov. 23. Consules Ripenses. Declarare volumus, nos in die Clementis litteras Dn. Petri episcopi Ripensis sub vero suo sigillo necnon et sigillo capituli Ripensis vidisse: 2244. Datum Ripis etc., nostre civitatis majori sub sig.

Perg. [med 1 Segl]. Ribe Kapitels Arkiv (RA. Stiftskisten, Suppl. 32). [3615]

— Ærkebiskop Magnus bandlyser Olaum Ivari kaldet Stensten [!]. [Orig. Løgum Kl. Arkiv.] Udtog af Hamsfort: *SRD. I, 315*. [3616]

Nov. 25. Cristernus Most¹ A. Noverint universi, me a sorore Sophia abbatisa monasterii s. Clare Roskildis et toto conventu ibid. bona sua omnia in Tubula in insula Møon ad dies meos et uxoris mee Ingeburgis in conductu recepisse tali conditione, quod omni anno eisdem 8 lagenas alecium scaniensium et 4 lagenas salis in opido

Koge infra f. Martini, nisi rapina vel incendium impederit, solvere sim astrictus; in quocumque anno predictas lagenas non solverimus in termino supradicto, bona ad monasterium libere revertentur; item quando contigerit me et uxorem meam de medio tolli, bona cum pensionibus, fructibus et edificiis omnibus ad monasterium libere debeant revenire; item in quocumque anno ego vel uxor mea predictas lagenas solverimus, villicos instituendi et destituendi in bonis habeamus facultatem; item quod quamdiu dictas lagenas solverimus, alteri bona per abbatissam et conventum nullatenus dimittantur. Cum sig. nobilis viri Dn. Petri Dwæ canonici Lundensis sig. meum. Datum die Katerine.

Perg. med [2] Segl: 1. A. 876. Roskilde Claræ Kl. Arkiv (AM. LIX, 7). [3617]

Nov. 25. Andreas Petri¹ de Swanehoolm et Johannes Petri de Hegedorpe^a, fratres. Recognoscimus, nos Jacobo Willeß in 50 mr. argenti, 30 sub pondere coloniensi seu sterlingis^b vel grossis toronencibus seu lybycencibus et 20 in moneta argentea, esse obligatos, placito Thorild H. ante assumpt. virg. persolvendis, pro quibus sibi omnia bona nostra in par. Brethesten et Skibith, videl. curiam principalem Keldekær, molendinum Vingstæth inpingneramus libere ordinanda, villicos instituendi et destituendi necnon et redditus levandi quolibet anno, donec redempta fuerint; quocumque anno bona redimere nos contigerit, Jacobum in placito Thorild H. ante nativit. Johannis bapt. amonitum habeamus. Si vero aliqua edificia in bonis construxerit seu bona cum anona holskorn vel holsfææ melioraverit, in f. Michaelis, postquam bona redempta fuerint, edificia seu anonam holskorn vel holsfææ secum deducere habeat potestatem, nisi sibi pro eisdem satisfecerimus. Sig. nostra cum sig. Hennichini Leembec, Thome Yuersß⁴ et Esberni Takonis⁵. Datum in f. Katerine.

Perg. med [5] Segl: 1. A. 826 (Panter); 4. A. 761 (Lange); 5. (Emmiken; forskelligt fra A. 976)^c. (RA. Kjeldkær 1.) LDipl. — Oversætt. med Paategning: „Kopi af et latinsk Brev, som Fru Kerstine [Ulfs-tand, Karl Bryskes] har øsv.": RA. Personalhist. Saml. p. Papir, Bryske.

a) Oversætt.: Højby. b) Oversætt.: sleeswigx [sic]. c) LDipl. nævner 4 Segl som bevarede. [3618]

Dec. 6. Andreas Gloob. Recognosco, me viro discr. et honesto Tuconi Thærbærnsß ampnem meum de Kyøbysyøstafno currentem, Methælaa dictum, apud Myghælholm situatum, pro 2 mr. argenti, videl. 1 mr. in sterlingis coronatis, 1 in bonis denariis, impignerasse; quocumque prefatam piscaturam anno in placito Slæt H. redimere voluero, Tuconi in eodem placito prox. ante nativit. dni. debeam pre-

cavere. Sig. meum cum sig. Dn. Thrugilli prepositi in Hymbersysæl. Datum anno modlxxxvij[!] die Nicolai.

[Orig. Senere (jfr. 1401^{28/9}) til Kongens Arkiv.] Vidisse 1414 Febr. 24. LDipl. under 1385^{5/4}. [3619]

Dec. 12. Tuwo Galen de Nesbyholm M. Recognosco, me nobili viro meo genero Johanni Absolonis in 120 mr. argenti esse obligatum, in prox. festo penthecostes in pecunia argentea in civitate Lundensi vel in villa Maalmøwæ, ubi elegerit, persolvendis, pro quibus ipsi bona Trywethe et Trywethefong in Ingelstæthæ H. impignerō; redditus bonorum percipiat annuatim, donec bona redimantur. Item do Johanni potestatem redimendi nomine meo et omnium aliorum, quorum interest et interesse poterit, omnia bona mea per me et filium meum Andream Galen bone memorie impignerata, videl. in Ramsosæ in Fæær's H., que Tyko Tulesß tenet in pignere, omnia bona mea in Æwærthæ et Traanæs in Aalbo H., que Paulus Thuræsß tenet in pignere, omnia bona mea in Sælæsø in Ingelstæthæ H., quorum aliqua tenet in pignere Henricus Andersß de Jorthbiergh et aliqua, videl. 2 curias, tenet in pignere [Nicolaus] . . . sß, que bona omnia et si qua [eorum] J. A. redemerit, sibi [pro] summa, qua [ea redem]erit, [cedent], [do] nec per me a Johanne quam prescripta bona videl. 20 mr. argenti, ut prescriptum est, redi[mantur] quando-cumque ego vel h scripta bona, ut prefertur, redimere [ej]us heredes per me in placito generali Scanie publice bona, ut premititur Absolonis sive sui heredes omnia sub sua ordin[atione] modo a die redem[pti]onis ipsorum bonorum teneat per integrum annum pos libere ordinanda s[in]e mea reclamatione. [Si] J. A. aliqua edificia interim in ipsis bonis [construxerit], ipsi pro [ipsis edifici]ciis secundum taxationem 4 discretorum utrimque eligendorum, antequam bona sub meam ordinationem recipiam, s[at]isfiet; et si ipsi 4 compromissores in t[axa]ndo hujusmodi edificia tempore redemptionis bo[norum non concordav]erint, liceat ipsi omnia edificia per ipsum constructa a bonis auferre. Sig. meum cum sig. Dn. Nicolai episcopi Roskildensis necnon nobilium virr. Dn. Folmari Jacobi de Høghstorp M., Andree Jacobi de Skaftorp, Nicolai Johannis de Strøø capitanei castri Hafnensis et Clawæs Weelsterman⁶, AA. Datum Hafnis profesto Lucie.

Perg. med [6] Segl: 6. A. 877. (RA. Ingelstad H.) LDipl. (heretter udfyldt ovfr.). (Reg. *3263.) — Jfr. 1397 Sept. 28—29. [3620]

Dec. 20. Ik her Wedeghe Bugghenhagen¹ bekenne, dat ik quit late vruwe Marghareten konynginne 250 mark, de yk er legh, . . . do

se was thu deme Gholme, unde de Vredderik van Halleghe van my upborde. Myn inghezeghel. Datum in profesto Thome.

Perg. med 1 Segl: Skjold med 2 Vinger. Kongens Arkiv (Gem. Arch. XXXII, Gældsbreve Fasc. 1 b). LDipl. [3621

Dec. 31. Olauus Raaris in Wimløse, Thidricus Skelle² in Wininggæ. Noverint universi, quod die Si[l]uestri habito inter nos scrutinio diligenti de bonis omnibus, nobis post obitum Dn. Ingærd uxoris Yuonis Markman in Haresteth terre Selendie Flakebyers H. jure hereditario contingentibus, de divisione bonorum concordavimus ita, quod Hareststæth, Haneskow, $\frac{1}{2}$ bool in villa Soltæ (Johannes Jacobi), in Baastorp 2 curie, quibus adjacent $13\frac{1}{2}$ sol. terrarum in censu, et in Rакløw $\frac{1}{2}$ bool (Jacobus Byskøp et Trwgillus Judæ), que bona Dn. Ingerd possedit, in sortem Henrici Yuonis devenerunt. Sig. nostra cum sig. virr. nobilium et discr. Herici Tomeß, Karuli Tomeß³, Jacobi Halwægge⁵, famulorum, et Nicolai Hemmingi plebani in Winingæ. Datum etc.

Perg. med [6] Segl: 2. A. 878; 3. A. 879 (Banner); 5. A. 880 (S' IACOBI ANDREE DICTI HAL . . GGE). (RA. Ø. Flakkebjærg H. 82; har tilhørt Amtmand Pritzbuær.) LDipl. — Jfr. 2485, 3623. [3622

— Henricus Ywensß in Haresteth et Thidricus Skællæ in Wininghæ. Noverint [osv. som 3622 indtil] ita, quod bona in Hallagerlila 20 sol. terrarum in censu, in Rакløwf 2 bool minus 4 sol. terrarum cum^a curia principali dimidia inpignerata, que bona Dn. Ingerd possedit, in sortem Olai Rarys parte uxoris sue Dn. Ingeburgh devenerunt. Sig. nostra cum sig. virr. nobilium et discr. Eriци Tho-meß [osv.].

Perg. [med 6 Segl]. (RA. Ø. Flakkebjærg H. 83.) LDipl. [3623
a) Rettet fra: excepta.

Dag? »Joh. Thruelsen rector placiti generalis Sellandiæ, Olaus Paruss^{a2}, Magnus Petri de Joonstorp, Andreas Magnesen⁴ ibid., Esbernus Ivorsen⁵ de Valdersløff, Olaus Friis de Øthersløff et Tyko Friis ibid., AA., Anno 1387. — Villekinus Skytte de Joonstrup specialiter super hoc constitutus. Valby Stavens H., Tomestrup ibid., Havneløue, Hylæthæ Faxæ H., Waldersløff Bieffuerschov H., Skyrpinge Stavens H. Specialiter vocatos in denominatione dicta stokænæffnd.

[Orig. med Segl: 2. (Rani); 4. (Basse med Vædderhorn); 5. og 6. (Fris med takket Skjoldhoved). Sorø eller Maribo Kl. Arkiv?] Notitser: Ny kgl. Saml. 4to, 634 S. 21. [3624

a) =: Rariis.

— »Ett document, att Ingefrid Persdotter till Ferilde prästebord testamenterat 4 gårdar i Röthelöf 1387«.

[Orig. Færsløf Kirkes Arkiv.] Specifikation, Adskillige Kirker Nr. 17 B. [3625

Brevbøger: Løgum: SRD. VIII, 216 (Nov. 26).

Registraturer: Kongen: *ÆA. I, 38* (Marts 24), 7, 51, 52, 52, *IV, 16*. — Roskilde Bisp: *ÆA. III, 343, 348, 350(?)*, 352, 353(?), 368, 370. — Aarhus Bisp: *ÆA. II, 78* (Marts 31), 75 (Sept. 30). — Viborg Bisp: *ÆA. II, 211*. — Børglum Kapitel: *ÆA. III, 102*. — Antvorskov: *ÆA. IV, 124, 142, 244, 262*. — Næstved Peders Kl.: *SRD. IV, 359*. — Maribo: *ÆA. III, 303*. — Hundslund: *ÆA. III, 21*. — Vestervig: *ÆA. III, 167*. — *Eline Geyes Jordebog 154* (Marts 24), 264 (Marts 25), 154 (Maj 10), 265 (Juli 22), 215 (Dec. 6).

1388.

Jan. 6. Conradus Hennicheson villanus in Slausolia et Petrus Angel de Symlinge. Recognoscimus, nos honeste Dn. Ælse de Wanløse relicte Boetii Dueswen in 3 mr. argenti in albis denariis esse obligatum, ei die placitali Flakebyerre H. ante diem purific. virg. persolvendis, pro quibus denariis ipsi 4 sol. terrarum in censu in Sørbylile in Flakebyera H., Boetio Dueswen per Kanutum Rødhe pro 4 mr. argenti impignerata, a die dicta placitali et sic deinceps per 60 annos subsequentes impignerasse tali conditione, quod nemo bona infra prescriptos annos redimendi habeat potestatem. Insuper anno, quo bona redimuntur, tamquam in prioribus fructus et servitia sublevet. Sig. nostra cum sig. discr. virr. Petri Ebbeson de Jellinge, Hennichini Albretson et Olavi Krumb, villanorum Slausoliensium. Datum die epiphanie dni.

[Orig. Senere i Antvorskov Kl. Arkiv; *ÆA. IV, 139*.] Afskr. af Lucoppidan: Ny kgl. Saml. Fol. 561, S. 220; LDipl. [3626

Jan. 20. Johannes Laghæf¹. Ad notitiam omnium deduco, me viro nobili et honesto Swenoni Wghtf bona mea Sorstorp et Wibe-kær in Nor H. Dyrs sita placito Nor H. Dyrs scotasse. Sig. meum cum sig. discretorum Dn. Erponis de Grindwgi, Dn. Nicholai de Karlby sacerdotum, Dn. Cristierni Kaaz M., Hinrici Prip, Haquini Hagenf et Johannis Krumpæn. Datum die Sebastiani et Fabiani.

Perg. med [7] Segl: 1. A. 848 (Udsøn). (Arkivet paa Benzon.) LDipl. — Jfr. 1404 Juni 23. [3627

Jan. 21. Margareta regina. Noverint universi, quod die Agnetis in placito nostro justitiario Roskildis Dn. Nicolaus episcopus Roskildensis apertam literam sub magno sigillo dicto klæmmæ pendentem cum filis sericis Dn. Erici quondam regis sigillatam, cujus sigilli impressio in uno latere in clippeo 3 leopardos coronatos, in alio ymaginem regiam coronatam in throno sedentem, sceptrum in manu tenentem, continebat, produxit: 639. Sig. nostrum ad causas¹. Actum et datum etc.

A. Perg. med Retterthingsseglet. Roskilde Bisp Arkiv (RA. Roskilde 229). — Aa. Optaget i Brev af Johannes Angelus Arcimbouldus 1517 Aug. 31 (pridie kal. septembris): RA. Danske gejstl. Sager 30. LDipl. under 1517^{31/8}.

[3628

Jan. 23. *Reg. 2803**. A. Perg. med Notarmærke og 2 Segl (indsyede i Poser). Slesvig Johannes Kl. Arkiv. *Westph. III, 374.* —
 B. Perg. med Notarmærke [og 2 Segl]. Samme Arkiv. [3629]

Jan. 26. »Dn. Achonis presbyteri in Mialby åth Bosjö closter uthgifne donationsbreef på een gård i Brunestada i Gydingeholm belågit i Gydingehäradt, dat. dnica. septuagesimæ«.

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 75. [3630]

Febr. 16. *Reg. *3267.* Perg. med Grev Adolfs Segl. Kongens Arkiv (RA. Holsten 15). *SHL. Urkundensamml. II, 352.* [3631]

Febr. 23. »Konungh[!] Magni erchiebiscopz i Lund åth hederlig matrona Arina Magnusdotter Åke Jonsons efterlefwerska och hennes son Lars uthgifne donation på alla Quixarums uthlagor samt desz tilliggiande godz och ago deelar, dat. dnica. remenicere[!] af Thurestorpz öö«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 110. [3632]

Febr. 25. Terkillus Pee A. *Recognosco, me Nicholao Mygh in 4 mr. argenti et 2 mr. argenti pro edificiis esse obligatum, pro quibus sibi omnes terras meas desolatas in Aas, videl. 1 curiam, in qua quondam Nicholaus Hwiith residebat (14 pund annone), 1 curiam (quondam 3 pund annone) et quartana pars[!] curie (quondam 3 pund annone), inpignero tali conditione, quod quando michi dicta bona visum fuerit in f. Michaelis redimere, Nicholao placito Hundburg H. ante f. Johannis bapt. intimabo. Insuper Mygh percipiat redditus, donec redimantur. Sig. meum cum sig. virr. discr. [C]ris[tern]i Munk et Johannis Gunnærß. Datum die Mathie^a.*

A. Perg. [med 3 Segl]. Senere (jfr. 1406^{18/5}) til Kongens Arkiv (RA. Nørrejyll. 58). — Aa. Vidisse 1414 Apr. 15. LDipl. [3633]

a) Aarstallet utydeligt i Orig.

Marts 8. Johannes Buk et Nicholaus Eleff, AA. *Noverint universi, nos discr. viro Kanuto Laghyß omnia bona nostra in Molt H., nobis cum uxoribus nostris jure hereditario post mortem Therstanni Jensß, patris earum, et filiorum ejusdem advoluta, vendidisse et scotasse, recognoscentes nos pretium percepisse. Datum nostris sub sig. in dnica. letare, silicet media quadragesima.*

Perg. [med 2 Segl]. Senere i Ribe Kapitels Arkiv (RA.). [3634]

Marts 12. *Margareta regina Syællendiam inhabitantibus. Si Dn. Gertrudis relicta Dn. Erii Barnumß M. sufficienter docere potest, se per yemis tempestatem et glaciei resistantiam fuisse prepeditam, ut termino in placito nostro justitiario sibi prefixo per se vel suum tutorem non potuit comparere, nos predictam causam usque ad prox. dnicam. palmarum stare judicamus in suspenso, Roskildis coram Dn. Nicholao episcopo Roskildensi terminandam. Datum Nesby sub sig. nostro ad causas 5. fer. post dnicam. letare, teste Nicholao Draghæ.*

Papir med [1 Segl] paatrykt Bagsiden og Kancellipaaskrift. (R.A. Reg. 69, Fasc. 21 c. 82.) [3635]

Marts efter 15. LDipl. Se 1804.

Marts 26. Ich Hartwich Sestede bekenne, dat ich up hebbe gheboret 100 mark lubescher penninghe van Erike Crummendike, Zegheboden brod[er]e, de my Zeghebode sculdich was van mynes wyues medegaue. Myn ingheseghel. Gheuen unde screuen in wittendunerdaghe.

Perg. [med 1 Segl]. (Gem. Arch. XXXII, Gældsbreve Fasc. 1b.)

[3636]

Apr. 1. »Johannis Hennechini borgares i Lund åth sin medborgare Jaha[n] Pætaron uthgifne skiöte- eller saljobreef på een gård liggandes i Lund på Bredegatan, som han köpte af hederlig matrona Kæthæ Swen Fængelsaas efterlefwerska, dat. 4. die paschæ«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 115. — Jfr. 1419 Maj 1?

[3637]

Apr. 3. Hinnechinus Leembek, filius Dn. Nicholai Leembek M. condam dapiferi regni Danorum. Notum facio, quod obligo me ad appropriandum capitulo ecclesie Ripensis pro 1 cotidiana missa per capitulum pro salute animarum mei, uxoris mee Jutte et parentum meorum perpetue tenenda omnia bona infrascripta ab omni impetitione exactoria et ab impetitione eujuscumque, quam diu ego et heredes mei exactionem Warwithsysæl vel eadem hæret, in quibus bona sita sunt, retinerimus, videl. in Warwithsysæl in Skazstz H. in par. Sneethum 4 curias (Tosto Bwndß, Ascerus Ankari, Johannes Esberni et Johannes Tuchonis), in par. Nykirki curiam (Petrus Lillæ), in par. Nersbyterigh curiam (Wilhelmus), in par. Tyerburgh 5 curias (Thordo Marinß, Hinricus Petri, Johannes Swenonis, Woosæ Tuchis et Nicholaus dictus Web), in par. Øosæ curiam (Johannes Laurencii). in par. Darrum curiam (Cecilia Jensonæ), que bona nobilis vir Dn. Johannes Leembek M. capitulo Ripensi pro aniversario suo deputavit, que etiam bona Dn. Tuuo condam archidyaconus Ripensis pro cotidiana missa et aniversario prefati militis per plures annos una cum bonis aliis per me deputatis pacifice retinebat. Et in casu, quo bona ab impetitione Dn. Margarete regine et etiam ab impetitione Nicholai Slet A. seu alicujus alterius per me liberata non fuerint vel evicta fuerint a capitulo, resigno capitulo tertiam partem omnium bonorum meorum in Hwiidin H. et Løg H., que emptionis titulo a Nicholao Sleet acquisivi, ipsis bonis in 3 partes equaliter divisit et data per me primaria adoptione tertie partis ditorum bonorum, quam capitulum duxerit eligendam. Sig. meum cum sig. Dn. Johannis episcopi Ripensis, qui hujusmodi placitationibus

personaliter interfuit. Actum et datum Ripis in domo capitulari ecclesie fer. 6. pasche, presentibus viris honorabilibus et discr. Thetmaro Tidmanni et Cristierno Frellau, Ripis inhabitantibus, Harthwico Klee-kamp et aliis.

Perg. [med 2 Segl]. Ribe Kapitels Arkiv (RA.). — Jfr. 3639.

[3638

Apr. 3. *Reg. 2813.* [Orig.? Ribe Kapitels Arkiv.] *Terpager 293.* — [Efter en ufuldstændig Afskr.:] Bartholin K, 512 og LDipl. — Jfr. 3638. [3639

Apr. 25. Nicholaus Quigh¹. Noverint universi, me Jacobo Grumß omnia bona mea et bona sororum mearum, nobis post mortem parentum nostrorum et sororis nostre jure hereditario advoluta, in Almessysyl sita et Nybyl, condam sorori nostre attinentia, pro 100 mr. denar. lubic. inpignerasse tali conditione, quod si bona in aliquo edificio melioraverit, sibi termino redemptionis satisfacere debeam cum denariis argenteis. Datum die Marci meo sub sig. cum sig. Kanuti Laghyß², Johannis Tongbergh³, Nicholai Laghyß⁴ et Johannis Skeel⁵.

A. Perg. med 5 Segl: 1. A. 881 (S' NICOLANE IONSS' QVIGQ); 2. A. 882; 3. A. 883 (Stangebjærg); 4. A. 884; 5. A. 885. Senere (vistnok 1407^{19/4}, med Hundsbæk) til Kongens Arkiv (RA. Nørrejyll. 60 a). LDipl. — Aa. Vidisse 1414 Maj 1. — Jfr. 1395 Feb. 2. [3640

Maj 3 (og 30). »Johannis Bocks af Grindelstada uthgifne åth Bosjö closter donationsbreef på een gård Stora Skiægglinge be³, item archieviscop Magni i Lund dher på gifne wetnesskrift, dat. sabb. infra oct. corporis Christi, men sielfwe donationsbreef wet in invent. crucis«.

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 73. [3641

Maj 11. Symon Joonß. Noverit discretio tam presentium quam futurorum, me a Johanne Thordß dicto Jo. Skyth satisfactionem pro morte patris mei Jone Pethærß, quem interfecit, sublevasse ac eidem pacem et concordiam dictam sonæ pro me et heredibus meis natis et nascituris promississe. Item noverint universi, me ex consensu amicorum meorum eidem curiam meam in par. b. Martini in Randærs cum uno fundo ad claustrum monialium pertinente, de quo 4 grossi annuatim dabuntur, ac omnibus modis, ut pater meus eandem curiam possidebat, vendidisse et scotasse, recognoscens me plenum pretium percepisse. Sig. meum cum sig. virr. discr. Dn. Yuari Magnæß prepositi in Randærs, Dn. Petri Mvnk³, Dn. Johannis Olau⁴, sacerdotum, Nicholai Raband, Andree Wovenß⁶, preconsulum [!], Johannis Grand et Esberni Kællærsven, consulum ibid. Datum et actum in placito ville Randærs 2. fer. post f. ascens. dni.

Perg. med [8] Segl: 3. G. 766; 4. G. 765; 6. Bomærke. Senere (jfr. 1401^{20/7}) til Kongens Arkiv (RA. Nørrejyll. 134d). LDipl. [3642

Maj 11. »Göthonis Benedictsons advocatz i Skåne och Nicolai Trugotsons vice advocati Malmogiensis med borgmästare och rådz dher sammatades närwarelse uthgifne wettnesskriftt angående Karinæ Nils Gunnars efterlever bekomma skiötebreef eller gjorde kiöp med borgaren i Lund Simon Korckewiik på twenne bodar kallas Klædebodar öster i staden Malmöe, dat. 2. fer. ante f. pentecostes«.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 111.

[3643

Maj 16. Gøto Benedicti advocatus generalis terre Scanie, Folquinus Deyneri prepositus Lundensis, Mathias Siuikini cantor Lundensis, Petrus Øndari presbiter prior monialium Lundis, Johannes Andree de Thyufstorp, Acho Nicolai de Barssabek, Laurencius Mws⁷, Two Nicholai, Esbernus Arwidß de Espe, Matheus Laurencii de Howthstorp et Nicholaus Haquini dictus Murare civis Lundensis. Noverint universi, quod vig. pentecostes in placito generali terre Scanie vir nobilis Jacobus Absolonis de Syothorp A. curiam suam in Malmöghe (Acho Rask) fabrice ecclesie Lundensis ad 2 anniversaria, videl. unum pro se et alterum pro nobili Margareta uxore sua in choro Lundensi eodem modo, quo anniversaria archiepiscopi Magni tenentur, perpetuo tenenda, donavit et in sinus DDn. Swenonis Saxtorp decani et Petri Johannis, canonicorum Lundensium, tutorum fabrice, scotavit. Sig. nostra. Datum *etc.*

A. Perg. med [11] Segl: 7. A. 887. Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.).
— Aa. Vidisse 1433 Okt. 19. — (Reg. *3282.) [3644

Maj 25. Folkmarus Jacobi M. Recognosco, me claustro s. Clare Roskildis in 100 mr. luby. esse obligatum, pro qua pecunie summa claustro bona mea, michi per Clementem Hagæ inpignerata in Walburgx H. (1 lestam annone), inpignero, ita tamen quod si deus me in reysa, qua tendo ad Sueciam, ab hac luce vocaverit, bona claustro in pignore cedant, donec redimantur; set si rediero, bona personaliter habeam. Sig. meum cum sig. virr. discr. Dn. Nicolai Almari² presbiteri in Heddinggæ, Karoli Thomesß³ et Johannis Pauli⁴. Datum die Vrbani.

Perg. med [4] Segl: 2. G. 377; [3. A. 879 (Banner)]; 4. A. 888 (Jærnskæg). Roskilde Claræ Kl. Arkiv (AM. LIX, 8). [3645

Maj 30. [Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Udtog, se 3641.

[3646

Juni 1. Vi Margreta Dronning kendes, at vi har givet Swarte Skonung det Gods, som M[a]gnus Porse tilhørte i Fiæra H., som Skonung nu har af os, for sin Tjeneste, han os gjort har og fremdeles os gøre skal. Scriptum fer. 2. post diem corporis Christi nostro sub secreto.

[Perg. med 1 Segl: Margretes Sekret med kronet Hoved.] Afskr.: Sparre J 7, Bl. 365 (SvRA.). [3647

Juni 16 (?) Dronning Margretes Indførselsbrev paa Gods i Hollerstoft. [Orig. Odense Dominikanerkl. Arkiv.] Udtog af Hamsfort: *SRD. I, 316* (for 16. Juni skal maaske læses 16. Kal. Junii). Herefter: *Pontopidan, Ann. II, 235* (Gavebrev af Dronningen paa Gods i Hillesløf!).

[3648]

Juni 18. Barnum Eriksß M. *Constare volo, me discrete matrone Cristine relicte Mathie Ta in 5 mr. argenti in bona moneta Selandie dativa esse obligatum, pro quibus sibi bona mea in Biltzæ, videl. 1/2 bool terrarum, inpingero conditione tali, quod bona in 2 annis a die Michaelis prox. nullomodo red[ima]ntur; hiis autem 2 annis transactis bona placito Løwe H. ante diem Michaelis anno, quo michi visum fuerit, redimantur. Anno, quo bona redimantur, Cristina redditus de eis sublevabit. Sig. meum cum sig. virr. nobilium Johannis vam Ze et Johannis Drylleben. Datum Kalundburgh fer. 5. ante f. Johannis bapt.*

Perg. [med 3 Segl]. (RA. Løve H. 3.) LDipl. — Jfr. 1398 Sept. 29.

[3649]

Juni 22. »Archiebiscop Magni i Lund uthgifne wettnesskrift innehållande Lars Larsons af Röderum uthgifne donations skrift åth Bosjö closter på een gård Hæggenäs be^d i Fulltofta sochn, dat. 22. mensis junii.« [Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 74.

[3650]

Juni 23. »Archiebiscop Magni uthgifne wettnesskrift, det Petrus Magni borgare i Ystæd quitterade fru Marina Nilsz Hackz efterlefwerska all den gield, som hon war skyldig förnefnede Pehr Månse's hustru, dat. vig. Johannis bapt.«

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 113.

[3651]

Juni 28. *Reg. *3284.* Perg. med Stralsunds Sekret og Albrecht Gildehus' Segl. Kongens Arkiv (RA. Lübeck og Hansestæd. 27 b). *Hanse-recesse III, 397.*

[3652]

Juli 9. *Reg. 2820.* [Perg. [med 1 Segl]. RA.] *Michelsen, Nordfriesland 196.* Afskr. af Langebek: LDipl.

[3653]

Juli 16. Vi Jeop Bos, siddende Ret paa Ars H.'s Thing, Awæ Haase R., »brower« Jøniz Pethersß i Antwardhoskow, Knwt Jeepson i Tyæreby, Peter Mateß i Forsunge, Gynter Bymand i Kalingeborgh og Mawens Kra[bbe] kundgør, at Torsdag efter Knwtz Dag skødede for os paa Thinget hæderlig og velbyrdig Fru Ingeborgh, Tyke Pudhers Efterlevere, til Fru Marine Knwtzdotter, Peter Ribbingx Husfrue, alt sit Gods i Yluedhorp i Ars H. og alt det Gods, hun fik efter sin Husbonde T. P. i Swerike, Købegods eller Pantegods, og alt sit fæderne, og skødede hende dette Gods for den Arv, som hun skulde have haft efter sin Broder Niclis Knwtß, ihvor det laa, inden eller uden Lands. Vore Indsegl.

[Orig.] Vidisse 1402 Marts 8. LDipl.

[3654]

Juli 28. »Hust. Ingefred Erich Geetz efterlefwerskas uthgifne donationsbreef till dito closter på een gård i Simontorp och Glimåkra sochn i Gynginge häradt, dat. profesto Olavi regis«.

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 70. [3655]

Juli 29. »Helenæ Gudsærxdotters uthgifne åth Bosiö closter donations breef på alt sitt godz, som war 3 gårdar i Hunnebiegh, som tillforna waar berächnadt i 5 gardar, med een skoug Østrhægnadh kallad, dat. f. Olai regis«.

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 72. [3656]

Aug. 1. Petrus dictus Snubbæ¹. Noverint universi, me discr. viro ac honesto Johanni Swensß sororio meo possessionem meam ad suam propriam, quam habeo in omnibus bonis meis in Thorslundæ maklæ videl. in 2 curiis wlgaliter [!] dictis brytiægarthæ cum 1 molendina et in 1 curia in Thorthorp in par. Syluøryth, scotasse. Sig. meum cum sig. discr. virr. Jacobi Swensß advocati in Skelskyør et Petri Lang. Datum die ad vincula Petri.

Perg. med [3] Segl: 1. A. 889; 2. Bomærke; [3. Nævnt i LDipl.]. (AM. I, 18.) LDipl. [3657]

Aug. 9. Cecilia Jæcobsdater¹ relicta Nicolai Kathß. Recognosco, me nobili viro et honesto Conrado Møltike de Byernwythæ omnia bona mea in Wrytzlæsæmaglæ in par. Syængæløsæ, videl. 1¹/₂ bool terrarum in censu, cum 2 curiis villicalibus, quarum prima Johannes Knutß et altera Inguarus pronunc resident, vendidisse et scotasse cum legali scotatione dicta laubuth, recognoscens me pretium competens sublevasse. Sig. meum cum sig. discretorum Johannis Thrugilli rectoris placiti generalis terre Syellandie, Johannis Gyrstinge³ de Aas, Jacobi Nielß⁴ de Syøthorp et Petri Snubbæ⁵ de Gerthorp. Datum vig. Laurentii.

Perg. med [5] Segl: 1. A. 890; 3. A. 811; 4. A. 688; 5. A. 891. (RA. Smørum H. 57.) LDipl. [3658]

Aug. 17. Magnus archiepiscopus Lundensis clero et populo civitatis Ripensis. Pro parte vestra oblata nobis petitio continebat, quod cum interdictum, quod ad instantiam Dn. Nicholai de Brødenæs posuimus in loca, in quibus quidam veridici provincie Hwidinge H. moram seu transitum fecerint, propter frequentem accessum, quem oportet eos ex necessitate ad civitatem vestram habere, vergat vobis in dispendium non modicum, tollere vel saltem mitigare illud dignamur. Nos igitur taliter duximus moderandum, quod amodo non sitis asstricti ad servandum interdictum post recessum illorum, set solum, quamdiu in civitate vestra fuerint, nisi aliud a nobis receperitis in mandatis. Datum sub sig. curie Lundensis¹ octava Laurentii.

Perg. med 1 Segl: G. 36. Ribe Kapitels Arkiv (RA.). [3659]

Aug. 22. Wi Hinrik Scarpenberch¹ unde Luder Meynerstorp², brodere, bikennen, dat wi vrowen Margareten koninginnen unde ere borghen unde ere manne, de uns ghelouet hebben, quith laten vor allerleye schult, de de koninginne uns heuet schuldich ghewesen wente in dessen dach unde sunderliken vor de 1000 mark lub., de se unser moder vrow Willen schuldich was, de se uns ghelouet hadden. Unse ingheseghele unde de erliken lude Peter Walkendorp, Berneke Schinkel⁴, Borchard Schinkel, Hennyng Berch, Hermen Flemyng⁷, Enghelbrecht unde Hinrik Dha⁹ ere ingheseghele. Gheuen unde screuen in dem achten daghe unser vrowen hemmelvart.

Perg. med [9] Segl: 1. A. 892; 2. A. 893; 3. Forsiden fattes; 4. se 3612, 2; 7. A. 894; 9. A. 895. Kongens Arkiv (RA. Reg. 69, Fasc. 18, Meinstorp 3). LDipl. [3660]

Sept. 15. »Hendrich Finkes borgares i Woriin åth Egberto Smytt gifne quittantz på all den giæld, som han skyldig war hans broder Lydechino Finke, som hade een gård liggandes i Malmøe för samme giæld i pant, hvil[ken] restituerat bleef, dat. crast. exalt. crucis.

[Orig.] Specifikation, Acta privata Nr. 114. — Jfr. 3492, 1393 Maj 28. [3661]

Sept. 22. Magnus archiepiscopus Lundensis¹. Constat volumus, nos [certis] rationibus et documentis cognovisse, [prio]rem et fratres cenobii ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti possessio[nem] ecclesie b. [Nicolai] in Rizæ Errie Ottoniensis diocesis juste et legaliter [ac]quisivisse et per multos annos habuisse, prout etiam eos eandem [ecclesi]am possidere declaramus. Secretum nostrum. Datum Lundis mense septembris die 22.

[Orig. med 1 Segl: G. 22. Odense Knuds Kl. Arkiv.] Afskr.: Odensebogen S. 38 med Overskrift: archiepiscopi Lundensis cum sig. . . . la pergaminea appenso, in cujus in tabernaculo stantis et erecti in fra sub pedibus fuit clipeus, cujus LDipl. Jfr. Hamsfort: SRD. I, 316. — Jfr. 3663. [3662]

— Magnus archiepiscopus Lundensis. Quia ex rationibus et documentis probabilibus cognovimus, priorem et fratres cenobii ecclesie Ottoniensis possessionem ecclesie in Rizæ Errie Ottoniensis diocesis per annexionem legalem obtinuisse, nos prefatos priorem et fratres ad eandem ecclesiam perpetuo possidendam plenum jus habere declaramus, confirmantes omnes litteras seu cautiones ipsis a quibuscumque patronis, prelati, principibus et dominis spiritualibus et temporalibus [super] annexione et incorporatione possessionis ejusdem ecclesie datas, auctoritate metropolitana[!] et apostolica, qua jure legationis fungimur, [sub] pena excommunicationis late sententie inhibentes, ne quisquam priorem et fratres quoad [possessionem] predictae ecclesie b. Nicolai

impediat. Secretum nostrum. Datum Lundis 22. die mensis septembris.

[Orig. Odense Knuds Kl. Arkiv.] Afskr.: Odensebogen S. 38. LDipl. — Jfr. 3662. [3663]

Sept. 23. Margareta regina. Noverint universi, quod 4. fer. ante diem Michaelis, videl. die[!], Hennikino Olavi capitaneo nostro in Nyburg et Eskillo Petri dicto Falk cum litteris et rationibus, quas super bonis in Worpælouæ Stefns H. habent, ad comparandum in placito nostro justitiario prefixo et per ipsos unanimiter acceptato, idem Hennikinus comparuit litteras suas et rationes ibid. ostendendo, Eskillo minime comparente nec suam excusationem per aliquem faciente. Datum Ringstadis sub sig. nostro ad causas *etc.*, presentibus nobilibus viris Dn. Clawes Skeplesse M., Andrea Olafß de Nesby, Andrea Jacobsß de Broby, Petro Bassæ de Thyudæbergh, Johanne Thrugilli rectore placiti generalis Syællendie, Nicholao Bassæ de Vthby, Clemente Haghæ de Sæby, Torstano Wynstærman et Clawes Judhæ, AA., teste Nicholao Draghæ justitiario nostro.

Perg. med [1 Segl og] Kancellipaaskrift. (RA. Stævns H. 67.) LDipl. [3664]

Sept. 29. Ik Cord Moltike¹ van Retbitz de elder unde wi Ewerd² unde Vicke Moltiken, brødere, dessen Cord Moltiken sonen, bekennen, dat wi mid ener sameder hand laten vrouwe Margreten kōninginne unde alle eren vørel[d]eren vor allerleye sculd, twidracht, dar se uns wesen h[eft] edder is plichtich, edder dar se us voresecht edder louet heft, edder dar se wissen edder lōuere voreset hef[t], unde vor alle deghedingen unde seggende, de us van des slotes weghene Grimstor[pe to La]lande secht zin, quiit unde loos, went wi hebben vul dar vore upgheboret, also dat us nøghet. Unde wi bekennen, dat wi dat slot Grimstorpe van de kōninginne Margrete uppe louen hebben went also lange, went se [es]chet, so scole wi er dat slot vrigh wedder antworden, unde s[torbe] de kōninginne Margreten, er wen se dat slot wedder eschet, so scole wi denne dat slot an[tworden], we kōning koren wert to Denemarken. Unse [in]gezeghelen mid andere bederue lude ingezeghelen als biscop Nielses van Roskilde, her Vicke Moltikens van Kiuse, Henneke Olefsøns⁵, Peter Walkendorpes⁷, Jacob Nielsøns, Henninges van der Lanken⁹ unde Clauwe Cernines. Datum Roskildis die Michaelis.

Perg. med [10] Segl: 1. A. 757; 2. A. 834; 5. A. 860 (Bjørn); 7. A. 784; 9. A. 896. Kongens Arkiv (RA. Grimstrup 1). LDipl. [3665]

— Haquinus Knwtsß¹. Recognosco, me viro discr. et honesto Ketillo Ketillsß, filio sororis patris mei, in 120 mr. argenti esse obli-

gatum, pro quibus sibi omnia bona mea, que pater meus Kanutus Haqunsß bone memorie habuit inpignerata a Dn. Laurencio Offesß M., prout in litteris ipsius L. O. [o: 2694] continetur, inpignerasse. Sig. meum cum sig. virr. discr. Dn. Trugilli Jensß prepositi in Slæt H., Johannis Pauelsß et Boecii Thomesß. Datum die Michaelis.

A. Perg. med [4] Segl: 1. A. 886. Senere (jfr. 1406 $\frac{2}{9}$, $\frac{7}{9}$ og $\frac{17}{9}$) til Kongens Arkiv (RA. Nørrejylland. 108c). LDipl. — Aa. Vidisse 1414 Apr. 15. — Jfr. 1397 Juni 23. [3666]

Sept. 29. Johannes dictus Daareswen de Forderop A. Recognoſco, me viro discr. et honesto Clementi Nicholai dicto Kraagh omnia bona mea in Hiærnæbiærgh Slaulose H., videl. 1 bool terrarum et 7 sol. terrarum in censu, cum silvis dictis bonis adjacentiis, videl. twiggæwognshwgh in Høghæbiærsheynidh et unam partem silve dictam skowlooth in silva dicta Hiærnæbiærskow in Dywngsweeth, a data presentium ad 10 annos cum conditione in wlgari dicta mæækth ob bona sua in Gwthmenstrop et Swethningæ Tuze H. sita, videl. 2 partes 16 sol. terrarum in censu, dimisisse tali conditione, quod edificia in ipsis bonis pronunc constructa nullo modo deferri faciat nec . . . pejorari sive devastari, nisi per naturalem corruptionem sive generalem depredationem regni Dacie fuerint pejorata sive devastata. Omni anno predictorum 10 annorum michi 1 oram annone, donec michi alia bona cum edificiis et familiis, de quibus omni anno datur 1 pund annone, assignaverit, dabit. Predictis 10 annis elapsis, bona mea michi omni jure et libertate cedant, necnon familiam et edificia in decimo anno, scilicet quando michi reddantur, deducere sive deferre non presumat. Si bona ab ipso ratione mee appropriationis evincantur, extunc oblige me sibi . . . bona sibi convenientia in Selendia in recompensam assignare. [Sig.] meum cum sig. viri discr. Mathie Taa A. Datum^a [die] Michaelis.

Perg. (Plica fattes). (RA. Slagelse H. 10.) LDipl. [3667]

a) Aarstallet er nu ulæseligt; 1388 er paategnet Brevet i 16. Aarh. og læst af Gram i LDipl.

Sept. 30. Johannes Torgilli rector placiti generalis Siallendie, frater Johannes abbas monasterii Ringstadensis, Johannes Brwn rector ecclesie Gyrstingæ, Ciske Ramme Rosengardensis[!] et Johannes Gyrstingæ, AA., Johannes Nielsen et Johannes Brwnsen, proconsules Ringstadenses. Noveritis, quod placito post diem Michaelis in placito generali Siallendie honesta matrona Cristina Pæthersdoter relicta Esbernni Kryyl omne jus et omnem proprietatem ejus post mortem patris sui Petri Jensen jure hereditario contingens et contingentem in terris 8 sol. in Frankorp Ars H. discr. viro Andree Jensen de Swens-

torp scotavit, recognoscens se plenum pretium sublevasse. Sig. nostra. Datum *etc.*

[Orig.] Afskr.: Kall 4to, 404. [3668]

Okt. 3. *Reg. 2822.* [Orig.] *Terpager 49.* — Jfr. 3513, 3558. [3669]

Okt. 4. Gisla¹, Dacie dapifera dicta drostinne, relicta Dn. Henningi de Puddbutts Dacie dapiferi, ac Tetzo² Lundensis et Roskildensis canonicus, Hannes⁴, Pretbernus et Branto⁵, fratres dicti de Puddbutts, ipsius dapiferi filii. Recognoscimus, Dn. Margaretam reginam nobis omnibus pro bonis infrascriptis tam emptis quam inpigneratis, qualitercumque et quo jure in possessionem Dn. Henningi advolutis: 3 curiis in villa Stuthæ, in quarum una residet Petrus Bondæ et in altera Jacobus Snafs, set terre tertie curie nunc ipsis 2 curiis adjacet, 1 curia in Erdorpe (Hwithe Magnus), 2 curiis in villa Bondorpe, 2 curiis in Eggesløfillæ (Nicolaus Jonß et Boccius Jønß), 3 curiis in Flakkebieorgh, 2 curiis in villa Frankorpe (Petrus Jønß et Jacobus Jønß), curia Bøghelundæ, 1 curia in villa Horby ac etiam pro molendino Skerpingæ satisfacisse. Dn. regine omne jus, quantumcumque Dn. H. in dictis bonis vel in aliquibus litteris super hec bona datis vel tangentibus habuit, manu coadunata resignamus. Debemus etiam Dn. regine litteras super bona antedicta tangentes, quas unquam Dn. H. habuit, assignare. Sig. nostra et sig. discretorum Dn. Henningi de Puddbutts junioris⁶, Hennekini Olefß⁷, Petri Walkendorp⁸, Henningi de Lanke⁹, Hermanni Fleming et Henrici Daa¹¹. Datum Slaulosie dnica. ante diem Dyonisii.

Perg. med [11] Segl: 1. A. 897 (S' DNE GYSLE DE PVDBUTZKE; Podbusk); 2. G. 47*; 4. A. 898; 5. A. 900; 6. A. 899; 7. A. 860 (Bjørn); 8. A. 784; 9. A. 896; 11. A. 895. Kongens Arkiv; *ÆA. I, 53* (RA. V. Flakkebjærg H. 8). LDipl. [3670]

Okt. 15. »Archiebiscop Magni i Lund uthgifne wettnesskrift innehållandes Eskill Hendricksens af Lillø donations skrift åth clostret Bosid på een gård i Maglesæthe och $\frac{1}{2}$ i Taketorp i Gyngø H., crast. Calixti*. [Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 71. [3671]

Okt. 25. Wernerus Gnewekowe advocatus Aleholm. Declaro, villanos Swyneburgenses Dn. Margarete regine 100 mr. lubyc., quas Hennekinus Olefß, Fynno Scriuere, Gunnerus Holm, Petrus Skytte et Drewæs Sutor michi ad manus Dn. regine pro villanis predictis in loco Vlfshale promiserunt, erogasse; unde eos pro me ac pro singulis aliis, qui hujusmodi promissionem mecum acceptabant, quittos dimitto. Sig. meum cum sig. Luderii Kabelt advocati Rafnsborgh. Datum Aleholm dnica. ante diem Symonis et Jude.

Perg. [med 2 Segl]. Svenborg Bys Arkiv (RA. Danske Selsk. Membr.).
LDipl. [3672]

Nov. 14. Matias dictus Roddæ et Sophia Pætersdoter², relicta Dn. Olavi Peterß M. Notum facimus, quod interfuimus audientes, quod Paulus et Jahannæ, pueri Dn. Nicholai sacriste, priorissam et moniales de claustro s. Agnetis Roskildis pro omni impetitione, quam ad eas post mortem Dn. Nicholai sacriste habuerunt, quittas dimiserunt. Sig. nostra. Scriptum Roskildis crast. Brixii.

Perg. med [2] Segl: 2. A. 901 (Panter); Paaskrift fra 16. Aarh.: »Thette er en quitancia, som priorisse ufornumstelig oc som en awæ haffver latet seg nøffwæ, ath hun icke lod naffngiffue, huat hun udfick aff closter, som henne vor antuordet aff en prest etc.« Roskilde Agnete Kl. Arkiv (RA. Roskilde 221). LDipl. [3673]

Nov. 30. *Reg. 2823.* [Perg. med [1] Segl. Faaborg Bys Arkiv.] Afskr. af Langebek 1753: LDipl. Afskr. fra 18. Aarh.: Ny kgl. Saml., Fol. 594b. Desuden flere Bircherodske Afskrifter; efter en saadan: *Aktst. udg. af Fyens Selsk. I, 126* (Margareta - Norwegie et Swecie - heres et princeps regni Dacie - declaramus et futuris nos - dilectis nobis - Foborgh - teolonium consimili et - advocatorum sive eorum - ultra - nostram ratione teolonii - Swyneburgh - beati). — Dansk Oversætt., indsendt 1648: RA. Danske Kanc. [3674]

Dec. 2. *Reg. 2824.* Perg. med [11] Segl: 5. G. 850; 6. (Quitzw). Ribe Kapitels Arkiv (RA. Ribe Bisp 149). *Terpager 53; Erslev, Testamenter Nr. 68.* — Jfr. 3676. [3675]

— Gavebrev af Bisp Johannes af Ribe paa Gods i Salæ S.

Perg. med 9 Segl: 1. G. 811; 2. G. 844 (ikke 847*); 3. G. 849; 4. G. 850; 5. G. 848; 6. G. 851; 7. A. 902; 8. A. 832; 9. A. 903. Ribe Kapitels Arkiv (RA.). *Nielsen, Harsyssels Dipl. 14.* — Hertil 3212; jfr. 3675. [3676]

Dec. 6. *Reg. *3289.* Perg. med Grev Adolfs Segl. Kongens Arkiv (RA. Gem. Arch. XXXII, Gældsbreve Fasc. 1 b). *SHL. Urkundensml. II, 354.* [3677]

Dec. 19. »Urbani VI pontificis påbudz brief till biscopen i Wäxio sin broder skicket, innehållandes dhett fornefnede biscop skulle återkalla alt dhett godz, som medh orätta war tagit från Bosiö, dat. 14. kal. januarii, pontific. ejus [anno] 10., 1378[?].«

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø Kl. Nr. 60. [3678]

Dag? »Raadhusz windne, at Karen Thordtz haffuer skiøt Hans Suentzen hindis gaard och grund paa thend norder side af gade fraa Mindebødres kirke 1388.«

[Orig.] Udtog i Mariager Kl. Registratur 78. [3679]

Uden Dag. *Pontoppidan, Ann. II, 235.* Se 3648.

Brevbøger: Aarhus Kapitel: *SRD. VI, 439* (Maj 4), *444* (Maj 4), *508* (Maj 5). — Æbelholt: *SRD. VI, 174* (Marts 29). — Ducholm: *Duch. Dipl. 59* (Aug. 24).

Registraturer: Kongen: *ÆA. I, 44, 44, 44, 54, 67*; se ogsaa 3670. — Roskilde Bisp: *ÆA. III, 325, 333, 348, 349, 350, 354, 361, 369*. — Aarhus Bisp: *ÆA. II, 89* (Marts 12), *53* (Juni 23). — Viborg Bisp: *ÆA. II, 348* (Apr. 18). — Antvorskov: *ÆA. IV, 139, 155, 236, 236, 244*; se ogsaa 3626. — Næstved Peders Kl.: *SRD. IV, 371, 402*. — Mariager: se 3679. — Vestervig: *ÆA. III, 168*. — Øm: *ÆA. I, 223*. — *Elise Gøyes Jordæbog 207* (Jan. 7), *271* (Marts 6), *172* (Marts 12), *155* (Marts 16), *323* (Juli 1), *319* (Juli 5), *212* (Sept. 29), *318* (Okt. 21), *319*.

1389.

Jan. 4. Magnus archiepiscopus Lundensis. Constare volumus, quod octava innocentium coram nobis in camera nostra Lundis honorabilis vir Albertus Nicholai proconsul opidi Malmøghæ curiam suam ibid. extra fossata in parte australi, habentem ab occidente curiam Olavi K[orre]bondæ contiguam, quam a Jacobo Gothrikß A. emptionis titulo acquisivit, quam etiam nuper ab eodem Alberto emimus et ad laudem intemerate virg. Marie ymagini ejus in medio pavimenti ecclesie nostre Lundensis sedenti, ymo verius archidiaconatui Lundensi offerimus et annectimus, archidiaconatui in sinum Dn. Petri Frost archidiaconi scotavit, ita tamen quod Albertus, quam diu sibi placuerit, curiam pro annua pensione 20 sol. grossorum et solutione onerum occurrentium habeat in conductu. Sig. nostrum cum sig. honorabilium virr. Alberti Nicholai², Jacobi Godrikß, predictorum, Andree Martini proconsulis et Yuari Nicholai A., opidanorum ibid. Datum *etc.*

Perg. med [5] Segl: 2. Skjold med Rosensparrevaaben. Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.). LDipl. — Dansk Oversætt. fra o. 1500. (SvRA.) Udtog i *Meddelanden från svenska riks-archivet XI, 113*. — (*Reg. *3294.*) [3680]

Jan. 5. Nicolaus episcopus Roskildensis¹ totumque capitulum ibid.² Protestamur, nos litteras sub veris sigillis vidisse: *Svenskernes Hyldingsbreve af 1388. Rydberg II, 458, 464, 465, 466, samt paa en sigillatorisk vedhæftet Seddel: Rydberg II, 462*. Datum Roskildis sub sig. nostris virg. epyphanie dni.

Perg. med 2 Segl: 1. G. 165; 2. G. 193. Kongens Arkiv; *ÆA. I, 72* (RA. Reg. 14, Sverige 20). [3681]

Jan. 8. Awo dictus Steek A. Recognosco, me viro discr. et honesto Clementi dicto Hakæ A. omnia bona mea in Lilæsonathorp in par. Hwalsæ in Walburs H., que de Dn. Margareta sorore matris mee, relicta Dn. Kwnzæ Milwgh M. emptionis titulo habui, vendidisse et scotasse. Sig. meum cum sig. virr. discr. Johannis dicti Smith cellerarii Dn. episcopi Roskildensis, Mathei Ruddæ previsoris claustris. Agnetis Roskildis et Petri Magni civis Roskildensis. Datum fer. 6. post epyphaniam dni.

Perg. [med 4 Segl]. (RA. Danske Selsk. Membr.; har tilhørt Gram og Rostgaard.) LDipl. [3682]

Jan. 26. Jacobus Mws¹ advocatus Wardbergh. Facio notum, quod Dn. Margaretam reginam pro omnibus dampnis et debitis qualitercumque michi receptis et factis ac pro omnibus incusationibus, quas ad Dn. reginam habueram, pro quibus omnibus fateor michi satisfactum, quittam dimitto. Sig. meum. Datum Wardbergh crast. convers. Pauli.

Perg. med 1 Segl: A. 858. Kongens Arkiv (RA. Personalh. Saml. p. Perg., Mus). LDipl. [3683]

Febr. 2. J. A. Cypræus, *Ann. 326.* Se 1833.

Marts 12. Andreas Petri de Holmæ. Recognosco, me viro discr. et honesto Hennekino Reyæsere 1 curiam in Syerscløf (Nicholaus Hævnræ), michi de Johanne Niclesß dicto Grubbæ emptionis titulo acquisitam, cum 4 fundis dictis stuvæioorth vendidisse et scotasse. Sig. meum cum sig. virr. discr. Dn. Nicolai Alwari presbiteri, Hemingi Tuæß, Thuronis Thureß et Ebbonis Jacobi⁴. Datum die Gregorii.

Perg. med [4] Segl: 4. (Lunge, ikke A. 801). (AM. XXII, 13.) LDipl. [3684]

Marts 21. Magnus archiepiscopus Lundensis¹. Constare volumus, quod dnica. oculi Lundis in camera nostra coram nobis, presentibus Jacobo Absolonis ac aliis clericis et laycis, Karolus Nicholai bona in Kasebyergh in par. Saxildorp væstra, dudum per ipsum impetita, monasterio Bosø ad mensam monialium ibid. sponte resignavit, promittens se cum bonis ipsis nullo tempore debere intromittere contra prioris et priorisse dicti monasterii consensum. Secretum nostrum. Datum *etc.*

Perg. med 1 Segl: G. 22. Bosø Kl. Arkiv (SvRA.). LDipl. (*Reg. *3295.*) [3685]

Marts 25. Margareta regina Syællandiam inhabitantibus. Noverritis, quod Olauo Friis de Ødærsløf omne jus Johanni Bondæß in bonis Herlustorp contingens secundo adjudicamus, sicuti dictum jus eidem Olauo per eundem J. B. placito generali Syællandie est resignatum atque datum, precipientes *etc.* Datum Nesby sub sig. nostro ad causas¹ die annunt. Marie, teste [N.] Drage.

Papir med Rester af Retterthingsseglet paatrykt Bagsiden og Kancellipaaskrift. (RA. Danske Kanc., Kgl. originale aabne Breve.) [3686]

— Tvco Pædærß sacerdos de Lonnes. Recognosco, me Johanni Esbernß $\frac{1}{2}$ mr. argenti esse obligatum, pro quibus denariis sibi unum skousland in campo Vysynghorp, qui[!] skousland Nicholaus Pædærß de Wysyng Thvroni Niclesß pro $\frac{1}{2}$ mr. argenti in placito Galten H.

inpigneravit, qui [!] skousland post mortem sororis mee Thyrae Pædærsdater jure hereditario optinui, inpignero tali conditione, quod predictum skousland in possessione sua habeat, donec per heredes supradicti Nicholai Pædær[!] redimantur. Meum sig. Datum in annunt. Marie.

Perg. [med 1 Segl]. (RA. Galten H. 16.) LDipl. [3687]

Marts 26. Magnus archiepiscopus Lundensis. Constare volumus, quod fer. 6. ante dnicam. medie quadragesime in camera nostra Lundis coram nobis viri nobiles Tuuo Nicholai nepos noster et Johannes Nicholai famulus suus, AA., in solidum obligaverunt se ad solvendum fabrice ecclesie nostre Lundensis ratione veri mutui 20 sol. grossorum Lundis infra f. Johannis bapt. prox. Preterea idem Tuuo et Gæddæ famulus suus protunc consimili modo obligaverunt se ad solvendum fabrice alios 20 sol. grossorum infra f. nativit. virg. prox. Secretum nostrum. Datum *etc.*

Perg. [med 1 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv (SvRA.). (Reg.*3296.) [3688]

Apr. 5. Iuarus Cristierni et Iuarus Kanuti^{3?}, Ingeburgis Nigelsdotter² et Elizabeth Nigelsdotter⁴ sorores ac pre[m]issorum uxores. Notum facimus, nos ex unanimi consensu nostrorum heredumque voluntate bona nostra in par. et villa Flemløse Bok H., Lalesjorth dicta, cum omnibus pertinentiis in campis ville Flemlose situatis, discr. viro Hinrico Walsrode dicto Altena vendidisse et scotasse, recognoscentes nos plenum pretium sublevasse. Sig. nostra cum sig. virr. honorabilium Finnonis Agesß⁵, Johannis Eest, Eskilli Mattesß et Erici Pauli⁸. Datum fer. 2. post dnicam. judica.

Perg. med [8] Segl: 2. A. 904; [3? A. 906]; 4. A. 905; 5. A. 803 (Ulfeld); 8. A. 909. (RA. Baag H. 3.) LDipl. — Jfr. 3690, 1397 Marts 19. [3689]

— Henninghus Bergh¹ capitaneus castris Hakenskow, Laurencius Hwithsß² advocatus in Bok H., Johannes Stolte prepositus Thoftensis, Tymmo³ prepositus in Hæsleager, Vnkarus Jensß⁵ de Ørsted, Hennekinus Rennow⁶, Andreas Paulsß, Andreas Nielsß, Petrus Mattesß⁹ et Ascerus Jensß ceterique meliores placitum Bok H. visitantes. Noverint universi, nos vidisse, quod 2. fer. post dnicam. judica in placito nostro viri discr. Iuarus Cristiernsß et Iuarus Knutsß bona sua in par. et villa Flemeløse, Lalesjorth dicta, ipsis cum eorum uxoribus Ingeburgh Nielsdoter et Elizabeth Nielsdoter jure hereditario advenientia, cum consensu dictarum Ingeburgh et Elizabeth, legaliter exhibita proprie laghebode, Hinrico Walsroden dicto Altena vendide-

runt et debita skotatione scotaverunt, recognoscentes se plenum pretium sublevasse. Nostra sig. [*Datum*] etc.

Perg. med [10] Segl: [1. A. 872^a]; 2. Bomærke; 3. G. 553; 5. A. 907; 6. A. 908; 9. Bomærke. (RA. Baag H. 2.) LDipl. — Jfr. 3689. [3690]

a) Klevenfelds Seglsamling, Berg.

Apr. 11. Gyncelinus Gyncekesß¹ de Falkendalæ. Recognosco, me Dn. Jacobo Hennichini preposito Roskildensi dedisse potestatem curiam meam in Ysowæ in Litlæ H., in censu 16 sol. terrarum habentem (Petrus Boosß), de Dn. Johanne Boosß redimendam, eidem Dn. Johanni ex parte perpetuorum vicariorum ecclesie Roskildensis per me pro 10 mr. argenti in alba moneta inpigneratam, festo Martini redimendi. Insuper recognosco, me dicto Dn. Jacobo in 5 mr. argenti in alba moneta, ita quod quilibet albus valeat 4 lybiceses, teneri obligatum, prox. f. Martini cum 10 mr. argenti, per ipsum predicto Dn. Johanni pro curia nomine meo solutis, persolvendis, pro quibus 15 mr. argenti Dn. Jacobo predictam curiam inpignero in hunc modum, quod si in termino solutionis defecero, Dn. Jacobus redditus bonorum sublevabit, donec curia die Martini redimatur. Sig. meum et sig. fratris mei Jacobi Gyncekesß² cum sig. virr. discr. Dn. Willelmi Hemmingsß³ canonici Roskildensis, Brynekini⁴ et Tuvonis dicti Liden⁵, civium Roskildensium. Datum dnica. palmarum.

Perg. med 5 Segl: 1. Skjold med to kryslagte Ørnekløer; 2. Samme Skjold; 3. G. 233; 4. Skjold med Bomærke[?]; 5. S' TVCONIS IONSS' om Bomærke. Senere (jfr. 1395^{1/7}) til Roskilde Kapitels Arkiv (Magni Alter) (AM. XLII, 3). LDipl. [3691]

— »Olai Tuwesons wäpnares af Eekby åth Bosjö closter gifne skiötebreef på hans godz och ägondomb, som han ägde i Magleskiæglinge, dat. dnica. palmarum«.

[Orig. Bosø Kl. Arkiv.] Specifikation, Bosø (Bl. 341) Nr. 9. [3692]

— Petrus Laurencii dictus Rariis A. [Reco]gnosco, me nobili et honeste Dn. Cristine in Walløf in 10 mr. argenti, videl. in albis denariis, ita quod quilibet albus denarius valet 4 lybiceses, esse obligatum, pro quibus eidem bona mea in Raris, videl. unam curiam principalem, in qua habitat Kanutus Benedicci, cum 1 curia colonaria cum agris etc. ad quatuor fines camporum, a festo pasce prox. usque ad idem festum per 3 annos subsequentes impignero. Finitis 3 annis et ego bona redimere volo[!], extunc ego eidem Dn. Cristine Ewærsdoter relicte Eskilli Falk in die Michaelis intimemo et sic postmodum in placito Byæwærskou H. ante diem Walburgis redimatur[!]. Preterea eadem Dn. redditus de bonis levabit annuatim, donec redimantur; item confero eidem facultatem bona ad usus suos disponendi.

Anno, quo redimantur, redditus pecuniam consequantur. Sig. meum cum sig. virr. nobilium Dn. Petri Offonis M. in Egethæ, Thwræ Thwræß in Siærsløf et Magni Petri in Jonstorp, AA. Datum dnica. palmarum.

Perg. [med 4 Segl]. (Vallø Stifts Arkiv.) [3693]

Apr. 21. Gyncelinus Gyncekesß¹ de Falkedale. Recognosco, me Dn. Jacobo Hennichini preposito Roskildensi in 6 mr. argenti albe monete, ut quilibet denarius albus valeat bonos 4 concavos lybicensis, teneri obligatum, prox. f. Michaelis persolvendis, pro qua summa ipsi 1 curiam in Ysowæ in provincia Litlæ H. (Magnus) inpignero; [curiam] sub sua ordinatione habeat, et redditus bonorum hoc anno et sic annis sequentibus, si in termino solutionis defecero, levabit, donec bona die Michaelis redimantur. Sig. meum et sig. Jacobi Gyncekesß fratris mei cum sig. virr. discr. Dn. Willelmi Hemmingsß³ canonici Roskildensis, Brunechini⁴ et Tuonis Jonsß dicti Liden⁵, civium Roskildensium. Datum 4. fer. pasche.

Perg. med [5] Segl: 1, 3-5. se 3691, 1, 3-5. Senere (jfr. 1395^{1/7}) til Roskilde Kapitels Arkiv (Magni Alter) (AM. XLII, 4). [3694]

Apr. 27. Fredericus Dulmer archidyaconus ecclesie Ripensis, Esgerus de Snethum canonicus ibid., Thomas Iwari³, Jonas Jacobi, Iwarus Thome⁵, Nicholaus Moltyß⁶, Johannes Jensß dictus Spliid⁷, Lagho Nicholai⁸, AA., Thetmarus Tydemanß, Jacobus Klood, Petrus Friis, Nicholaus Hwiid, consules Ripenses. Noverint universi, quod 3. fer. ante f. Philippi et Jacobi in placito Scast H. nostra in presentia 14 viri discreti de melioribus predictum hæreth inhabitantibus testificati sunt, quod Hennikinus Piksteen bona sua in Scast H., que cum uxore sua Katerina acquisivit, nec alia bona, que ibid. possidebat, secundum leges terre nostre nunquam placito nostro exhibuit, quod dicitur laghebothed, vendenda, nec aliquod pretium pro dictis bonis sublevavit, set Hennikinus, uxor sua et pueri sui post obitum illorum quieta possessione ea per 22 annos possidebant, fratre suo Reymaro Piksteen presente et ipsa bona tamquam sua nullomodo impetente. Ulterius Cristernus Fredelai dicta bona emebat a veris heredibus, prout coram nobis in placito edocebat, ac etiam ea absque querela 13 annos possidebat. Datum etc.

Perg. med [12] Segl: [3. A. 761^a; 5. Skjold med 3 Roser (Lange)^a; 6. A. 777 (Juul)]; 7. A. 910; 8. A. 911 (Viffert). (RA. Skads H. 1.) LDipl. Omtalt af *Kinch, Ribe I, 283* (med fejlt Aar 1376). [3695]

a) Klevenfelds Seglsamling, Lange.

Apr. 30. Prepositus monasterii Burglanensis¹ totumque capitulum ibid.² Protestamur, nobis pro una missa perpetuanda in ecclesia

